alio. et ideo ista ratio est communis aduersario et mibi. Ideo dico quod propositio cui intellectus assentit vel est per se nota et necessaria vel contingens vel est neutra. si primo modo assensus causatur sufficienter ex noticiis incomplexis terminorum et noticia apprehensiva complexa: et adeo tanquam a causa partiali sine omni actuitate intellectus: quia positis ipsis necessario sequitur assensus respectu talis propositionis. Si secundo modo: tunc illa propositio vel est prima contingens: vel sequitur ex prima evidenter si primo modo tunc ille assensus causatur ex noticia incomplexa intuitiva terminorum et ex apprehensione complexi sufficienter sine omni alio excepto deo qui in omni actione concurrit sicut pater alibi diffuse. si secundo modo: tunc assensus respectu secundum contingentes causatur ex noticia incompleta terminorum suorum et apprehensione illius complexi et assensu respectu prime contingentes: quod ille assensus necessario requiritur ad causandum assensum secundum. Si sit neutravet dubia: tunc aut habetur aliqua propositio prius et evidenter ex qua tanquam ex medio potest necessario inferri vel probabilitate vel sophistica vel non. Si primo modo: tunc ad assentiendum propositum neutre requiri noticia illius propositionis: et qua potest dictis modis inferri. et tunc assensus respectu illius propositionis vel multarum si multe sint ut visio cum noticia incompleta terminorum propositis neutre et apprehensione illius propositionis sunt cause sufficientes ad causandum assensum respectu illius propositionis neutre ut pater de noticia premissarum necessariarum vel probabilitum respectu conclusiois sequentis. unde assensus evidens et certus respectu premissarum causat cum aliis predictis noticiis assensum necessarium et evidenter respectu conclusiois sequentis: assensus probabilis quod est cum dubitatione sui oppositi respectu primissarum potest causare dissensum respectu conclusionis. Ex hoc patet quomodo aliquis assentit aliquando propositi false et dissentit vere: et aliquando econtroverso: quia et quo tali non assentit nisi virtute alterius propositum vel multarum ex quibus infertur: aliquando assentit primissae false tanquam vere: et hoc aliquando propter defectum alicuius cause necessario requisite ad causandum dissensum respectu illius: et tunc ille assensus cum aliis noticiis causat sufficienter assensum respectu conclusiois false: aliquando premissae sunt vere quibus assentit: et conclusio que videtur sequi: que tam non sequitur formaliter est falsa: et tunc conclusio assentit: quia credit ea sequi ex talibus premissis: et tunc decipitur per fallaciem: et tunc assensus respectu illius co-

clusionis causatur ex notitia premissarum. et ex illo assensu quo credit conclusio tale sequi que non sequitur. Eodem modo est dicendum si dissentiat propositi vere: quia hoc est: vel quia dissentit respectu propositi vere ex qua interfertur: qui dissentus causat propter defectum alicuius cause partialis necessario requisite ad causandum assensum respectu illius vel aliis modis diversis. si assentiat propositi vere et dissentiat propositi false et assensus et dissentus respectu medii causant illud dissensum: et assensus quo credit tale propositum sequi ex medio que sequitur ex eo. Si autem propositio neutra non interfertur ex aliquo medio: aut est necessaria aut contingens. Si primo modo sic sunt multa principia nota tamen per experientiam sicut ista. calor est calefactivus: et simila. et tunc assensus respectu talis causat ex notitia evidenti unius contingentes: puta huius calor calefacit. et alia notitia evidenter propositum cuiusdam per se nota puta huius omes forme eiusdem rationis possunt habere effectus eiusdem rationis. et sic de aliis. Et si sit contingens tunc illi assentit intellectus aliquando propter auctoritatem: aliquando propter voluntatem quia vult credere. Si primo modo assensus respectu auctoritatis causat assensum respectu illius propositi. Si secundo modo tunc voluntatio cum notitia incomplexis et apprehensione complexi causat assensum illius: et de similibus simile est iudicium. quia non potest certa ratio dari quoniam causatur assensus vel dissensus respectu omnium proposituum. sed propter tales actus non oportet ponere intellectum actum in aliquo. Ad aliud dico. quod habitus ponitur propter candorem causam propter quam ponere si intellectus esset actius. sed tunc ponetur propter actiones et non propter receptionem. ergo et nunc. Unum ex quo effectus sufficienter dependet ex causis suis essentialibus et habitus nullam causalitatem possit habere respectu alicuius nature nisi effectuam. prout discurrendo potest casus. et tunc. Ad aliud dico quod equaliter conclusio per actum intellectus sic per actum intellectus. quia si sit actum est naturaliter actum non habebis in potentia sua actionem suam. et quantum est se si causet predictos actus semper equaliter causaret illos actus: et sic non habebis ratio quare intellectus magis discurret circa unum uno tempore quam alio. Ideo dico quod predicti actus discurrendi sillogismandi et non sunt actus apprehensionis. quod facere sillogismum non est nisi formare propositiones dispositas in modo et figura. et sic est de discursu. Isti inquit actus causant sufficienter a notitia incomplexis terminorum et actu voluntatis: quo voluntas vult talia propria formare. ita quod ille notitia incomplexis terminis et actu voluntatis integrat unam quam totalem eum deo

Ad decimum

Ad undecimum.

Libri

Ad duodecimum

respectu talium actuum: quia positis noticijs predictis et volitione predicta statim sine omni actu uitate intellectus sequitur naturaliter sicut effectus ac si illogisandi et ceteri. Si autem loquamur de predictis actibus ut sunt veridici et adhesivi: patet ex predictis unde causantur: quia aliquando ex noticia quacunq; terminoz sicut in propositione per se nota: aliquando ex noticia intuitiva sicut in propositione contingenti et sic de aliis supradictis. Ad aliud dico quoniam universalia et intentiones secundum causantur natura liter sine omni actuitate intellectus et voluntatis a noticijs incomplexis terminoz per istaz viam: quia primo cognosco aliqua singularia in particulari intuitu vel abstractive et hoc causatur ab obiecto vel habitu derelicto ex primo actu et habita noticia statim ad eius presentiam si non sit impedimentum sequitur naturaliter alius actus distinctus a primo terminatus ad aliquod tale esse obiectuum: quale prius vidie in esse subiectino: et ille actus secundus producit uniuersalia et intentiones secundas et non presupponit eas. Exempli. aliquis videns albedinem intuitu vel duas albedines: abstrahit ab eis albedinem in coi ut est species: et non est aliud nisi quod ille due noticie incomplexe terminata ad albedinem in singulari sive intuitu sive abstractive causant naturaliter sicut ignis calor. una terrena noticia distincta ab illis quod producit lazem albedinem in esse obiectivo. qualis prius fuit visa in esse subiectivo sine omni actuitate intellectus vel voluntatis: quia talia naturaliter causantur. Ad aliud dico sicut alibi patet quod respectus ratiois nihil sunt: ideo non opere quod re unde causantur. Alter potest dici quod ponendo tales respectus quod equaliter excludit extra actuitatem intellectus sicut pro quo ponendo quod sit actus adhuc ad causandum actu comparatum requirit prius noticia incomplexa comparatio: et si tunc positis noticijs incomplexis in actu comparatio. unde cum causentur sequitur respectus: et ille esset realis: quia extrema eius rea lita et non rationis: et ita sequitur equaliter conclusio predicta sive intellectus sit actius sine passim. Ideo dico quod iste actus comparatus causatur sufficenter a noticijs incomplexis terminoz et actu voluntatis quo vult apprehensa simplici apprehensione coparare diuersimos: de quia sine actu voluntatis non potest actus comparatus causari: quod aliter semper causatur habita simplici noticia terminoz quod est manifeste falsum. Et quando dicitur quod est respectus realis. Dico quod positis intellectu sicut vide licet quod fundatur in aliqua intellectu et per eum una intellectio refertur ad aliam tunc esset rea-

Secundi

Ad decimumquarto

lis. nunc autem si ponentes talis non fundatur in intellectione sed solu in obiecto comparato: ut tamen habet esse subiectum vel reale esse: nec per illum secundum refertur ad aliud sed solu unum obiectum comparatum: quod tamen habet esse distinctum refert ad aliud per aliud quod comparatur: et etiam habet esse distinctum: et propter istas duas causas non dicuntur respectus realis sed tamen rois. Ad aliud dico. quod equaliter excludit contra actuitatem intellectus sicut pro quo ita intellectus est causa naturalis sicut intellectio vel obiectum. et ita sequitur quod si intellectus causa actu reflexu vel causabit infinitos vel nullum. Ideo dico quod actus reflexus causatur ab actu recto tanquam ab obiecto et ab actu volendi quo voluntas vult illum actu intelligi. Non autem causatur ab actu recto patet. quia actus reflexus necessario dependet ex actu recto. quia non potest causari nisi existente actu recto. ergo in aliquo genere cause dependet. et probatur: quia non nisi sicut ab efficiente. Non autem actus voluntatis requiri potest. quia aliquis potest aliquid intelligere. et tamen non percipere se intelligere sicut potest aliquid videre. et tamen non percipere se videre. Sed si actus reflexus causaret precise ab intellectu et actu recto statim posito et stante actu recto intellectus statim necessario peripereret: quod est manifeste contra experientiam. ergo requiritur actus voluntatis quo vult illum actu cognosci. Et posito isto actu voluntatis cui actu recto statim naturaliter sine omni actuitate intellectus sequitur actus reflexus in intellectu. et sic patet quod non oportet posse esse in infinitum. quia potest voluntas velle unum actu intellectus cognosci ab hoc quod vellet alium cognosci. Ex hoc patet ad aliud quod est in potentia voluntatis reflectere se super actu suum et actu intellectus. et non est sic in potentia intellectus: quia est pure passivus. et si esset actus adhuc cum naturaliter ageret non est in eius potentia plus reflectere se super unum actu quam super aliud. Si dicas voluntas non potest tamen per dicto modo reflectere se super actu intellectus: sed super actu proprium ipsum diligendo et volendo illum actu cognosci. A quo ergo causatur isti actus. Respondeo primus actus causatur a cognitione qua ille intellectus cognoscitur. quia nihil est amatum nisi cognitum a voluntate immediate: et secundus similiter. et ita videtur esse coniunctum in istis actibus. quia actus intellectus est causa efficiens actus voluntatis et conuerso non respectu eiuidem actus sed respectu diuersorum. et ita quando quis amat non oportet quod percipiat se amare: sed statim quando voluntas vult actu suum cognosci. Secunda voluntas causatur a voluntate et a prima

Ad decimumquarto

5
Ad decimoseximum

7
Ad decimoseptimum

volitione et cognitione qua cognoscitur obiectum amatū et istis positis statim sine oī actiuitate intellectus sequitur naturaliter unus aliis actus cognitionis quo cognoscitur prius minus actus amandi. Ad aliud dico quod intellectus angelica et humana non sint eiusdem rationis: tunc intellectus potest dici propria opera ratio utriusque: quia non potest naturaliter recipi in intellectu humano: nec ecomeso. sed siue sic siue non: dicuntur proprie operationes: non quia sunt actus ab intellectu: sed tantum possunt naturaliter perficere intellectus: etiam quia frequenter aliqua operatio causata ab anima intellectiva est causa efficiens respectu talium operationum putat voluntas: ut patet ex predictis licet ipamet anima non sit causa effectiva eius immediate. ideo quia multe intellectiones non possunt causari naturaliter sine volitione causata immediate ab anima intellectiva: ideo propter illas duas rationes potest dici intellectus opera ratio prima intellectus. sic enim non est de calefactione respectu ligni: quia nec lignum est proprium receptuum: quia potest recipi in aqua et in igne et ceteris. nec aliquid causatum alicuius est causa efficiens calefactionis: et ideo non sequitur conclusio intenta. Ad aliud dico quod ista attentio conatur intensio remissio in actu non possunt plus saluari per actiuitatem intellectus quod sine ea: quia intellectus ut precedit oīm actu voluntatis quantum ad actu elicitum est solus causa naturalis si agat: et ideo ceteris paribus non est maior ratio quare intellectus plus conatur intendit vel remittit actu uno tempore quod alio tempore: quia posito casu prout semper ageret secundum ultimum potentie suae: quia causa mere naturalis: et per consequens equaliter semper conaretur et actu equo intensum causaret. Ideo dico quod attentio conatus maior et perceptio aliquius vel minor: intensio vel remissio in actu solum sunt effectivae in actu voluntatis vel priuatiue: quia causata intellectione ab obiecto vel ab habitu vel cognitione in sensu vult voluntas illum actu continuari: vel vult illud obiectum perfectius cognosci tantum quantum potest cognosci et ista voluntio efficax quia vult illud obiectum modis predictis et alijs cognoscere est attentio in actu et conatus et intensio in actu: quia secundum quod iste actus volendi fuerit perfectior vel imperfectior: diceretur conatus maior vel minor: et ista voluntio immediate cum obiecto vel habitu causat cognitionem perfectiorum quod causaret obiectum per se sine voluntione: ita quod obiectum sensus vel intellectus vel voluntio ista sunt cause partiales immediate respectu actus intensioris in intellectu vel in sensu.

si. et ille actus intensior vel erit actus distinctus a priori causato vel tam ab obiecto: et tunc prior corruptitur: quia in eadem potentia respectu eiusdem obiecti non possunt simul esse actus intensus et remissus: vel erit idem et facheret unum cum actu remissio. Istud secundum est magis rationabile: quia aliter nullus actus idem manens posset intendi vel remitti: quod videtur falsum: quia videtur quod actus posset uniformiter intendi sicut habitus: et tunc dicendum est quod ille gradus cognitionis quo actus prior intenditur causatur tam ab obiecto quod ab actu volendi: et gradus precedens tam causatur ab obiecto. quia non est ymaginandum quod actus precedens tam causetur ab obiecto et gradus intensus a voluntione: quia sic non essent cause partiales respectu unius gradus. sed est ymaginandum quod obiectum potest alii quam cognitionem causare per se sine tali voluntione: et post cum illa voluntione potest causare alii quam cognitionem facientem per se unum cum cognitione persistente: quam non potest causare sine tali voluntione. Quia autem aliqua talis voluntio causatur de novo quando actus intenditur. patet per hoc quod talis actus transit de contradictione in contradictionem. puta de non intenso in intensum quod non potest saluari sine noua causatione cognitionis. Ex istis patet quod voluntio potest esse causa immediata respectu cognitionis tam sensitivae quam intellectivae per propositionem frequenter acceptam quod effectus sufficienter dependet et: quia talis gradus intensus vel conatus vel attentio nullomodo potest causari sine actu voluntatis siue potentie illarum actionum sunt actus siue passus. Patet etiam quod propter talia non debet potest esse predicte ponit actus: quia pluralitas non est ponenda sine necessitate. nunc autem non apparet necessitas ponendi potestias activas propter predicta: quia ponendo eas pure passivas possunt omnia predicta saluari per actu voluntatis cum obiecto vel habitu sicut patet ex predictis. Patet etiam quod sit remissio in actu: quia est corruptione illius gradus intensi causata a voluntione predicto modo per suspensionem vel corruptionem illius voluntionis que requiritur necessario tam ad causationem illius gradus quod ad conservacionem: et per consequens illa corrupta remanet solus gradus causatus ab obiecto: et tunc dicitur remissio sicut prius. vel si remissio dicatur aliquod de novo causatum: tunc non tam corruptitur ille gradus perfectus sed generatur actus alterum imperfectus faciens unum cum primo gradu causato ab obiecto sed hoc est tunc per nouam voluntionem. quia stante prima voluntione non potest ille primus gradus corrupti: sed prima via videtur probabilior: quia vitalis pluralitas licet

ij

Libri

Ad decimum octauum

vtracq sit possibilis. Ad aliud dico q siue pos natur habitus siue ponat species siue non po natur habitus. ratio nō concludit intellectus esse actuum: quia si causaret actionem ita causaret illa in principio actus sicut post: ex quo cau sat naturaliter et nō impeditur. ideo dico q at tentio causatur per actum voluntatis: et tunc tam in attento q in nō attento remaneret species si ponantur. saltem tamē habitus siue po nantur species siue non: sed in attento causatur habitus perfectus et intensus: quia per actū intensum. et ideo sufficiēter inclinat intellectū in actus consimiles in absentia obiecti et in non attento generatur habitus imperf ectus et remissus: quia per actū remissum sicut patet ex predictis: et ideo ille non sufficienter inclinat potentiam in actū consimile: vel solū inclinat in actū remissum et quasi imperceptibilem. Ad aliud patet alibi quomodo potest saluari ymagno trinitatis: quia vere est ibi pa ren: licet non actiue sicut mulier dicitur pa ren: licet non agat ad generationē prolis. unde est similitudo per oīa. Ad aliud dico q ita non cocludit intellectū esse actuum: quia si sit actiuus ageret naturaliter. et per consequens non causaret plus actum fidei vno tempore q alio. Ideo dico ad p: sens q aliquando actū fidei acquisite respectu vnius complexi causa tur et actu fidei respectu alterius complexi: et ex noticia terminoz primi complexi et appre hensione illius complexi sine omni activitate intellectus vel voluntatis. aliquando causat ex noticia terminoz et apprehensione comple xi et actu volendi: sed non respectu eiusdē com plexi. Exemplū primi. vt si aliquis credat alio: quē boīum veracem in dictis et in factis: et hoc fidei acquisita. si tunc dicat assertive et bona fi de sibi aliquid esse credendū et certitudinali ter verū qd prius non creditit esse verum ille stante primo complexo non potest alteri complexo dissentire: quia si credat et reputat eum firmiter veracē in dictis et factis: et post dissen triat secundū complexo: reputat tunc illud p: mū complexū esse falsum. ergo nō reputat di centem illud complexū vniuersaliter veracem in dictis et in factis: et sic sequitur contradictionē ergo oportet necessario q vñ nec assentiat nec dissentiat quod potest fieri si voluntas auertat intellectū ab apprehensione illius complexi. Sed si apprehendat illud complexum stante actu fidei primi complexi necessario assentiet scđo complexo: nec erit aliquo modo in potes state voluntatis impedire illum assensum facta apprehensione illius complexi non plus q potest impedire assensum respectu propositi

Secundi

onis perse note facta prius eius apprehensiō ne: ista ergo fides et actus credendi scđo compleso causabitur ex noticia terminoz illius complexi et apprehensione eius: et ex actu assentiē: di quo reputat illum boīum veracem in dictis et in factis: quia istis positis sine omni activitate intellectus vel voluntatis: statim necessario sequitur assensus respectu scđi complexi. et ipsis non positis qd cū intellectus ponatur actiuus non sequitur assensus respectu cō plexi. Exemplū scđi. si iste reputat eum vera cem in dictis et in factis: quero tunc a quo cau satur iste actus credendi siue actus assentien di: aut ex noticia terminoz tantum et appre hensione complexi: aut ex aliqua alia noticia et evidēti sciētia propter quid vel quia: aut ex noticia intuitiva extremonuz: aut ex alio actu credendi quo assentit alicui complexo priori: ex quo illud evidēter scitur aut propositio ista esset sibi neutra qd tuz ad omnes predictas noticias. et tunc si assentiat hoc esset per actū vo lenti. primū nec scđm nec tertium potest dari quia omis talis noticia est evidēns ex obiecto sed diversimode: quia in primo modo est noticia evidēs ex obiecto: quia obiectum eius est propositio per se cuius noticia causatur evidē ter ex terminis apprehēsis. In scđo modo est noticia evidēns ex obiecto: quia eius noticia causatur evidēnter ex noticia evidēti premis sarum. et sic evidēntia illius obiecti non acci pitur precise ex terminis sicut in primo modo sed iudiciū et evidēntia premissarum in tertio modo est noticia ex obiecto: quia est evidēns ex noticia terminoz non qualicunq sicut est in primo modo: sed solum ex noticia intuitiva terminoz vel alicuius termini: sed actus fidei acquisire vt distinguitur ab alijs habitibus na turaliter acquisitis non est evidēs ex obiecto aliquo dictoz modoz sicut manifeste patet: quia aliter non distingueretur ab alijs habitibus. ergo et si detur quartū puta q iste assen tit huic complexo. iste est verax in dictis et qd assentit huic complexo nullus potest facere talia facta qualia iste facit nisi esset verax. que ro tunc a quo causabitur actus credendi huic complexo. Et patet q non potest causari pri mo modo scđo vel tertio superius exposito. et si causetur quarto modo querenduz est de illo complexo priori sicut de isto: et erit processus i infinitū qd est inconveniens vel saltem deuenie nte ad aliquod complexum cui aliquis firmiter assentit: et tamen illud non est evidēter notum ex obiecto aliquo trium modorum dictoz rum: nec est notum ex aliquo complexo priori a quo inseritur. ergo oportet necessario vt vide

Questio

tur dicere quod aliquod tale complexum est simili pliciter neutrū credenti quantum ad omnes modos predictos. vñ ergo causabitur actus credendi talis complexi. Respondeo quod a noticia incompleta terminor et ab apprehensione complexa et actu volendi quo alius vult assentire tali completo quantūcum nullam evidētiā babeat. et quantum ad tale complexum potest intelligi dictum Augustini: vbi dicit quod cetera potest homo etiam nolēs: credere aut nō nisi volēs. et sic patet quod actiuitas intellectus nihil facit ad causandum primum assensu: quia positis predictis noticiis cum actu voluntatis efficaci sue intellectus agat sue non: necessario causabitur assensus respectu illius complexi: et posita actiuitate intellectus sine actu voluntatis nunquam causabitur. Sed dubium est quomodo potest alius alicui proprio iuramento assentire sine evidētiā: quia actus assentendi et evidētiā in tali actu non distinguuntur ut pater intuenti. Respondeo quod assensus non distinguitur ab evidētiā in actu quādō sunt respectu eiusdem obiecti evidēter cogniti: quia proprie loquendo de noticia evidētiā non est nisi noticia causata aliquo predictorū triū modorum vel ex terminis quocunq; modo cognitis sicut in propositione contingenti. vel ex noticia precise premissarum evidēnter notarum: vel aliquo alio modo consimili. et in omnibus istis patet quod evidētiā in actu assentendi non distinguitur ab ipso actu: sed distinguuntur sicut superius et inferius: quia equitur evidēter assentit: ergo assentit. sed non sequitur ecōversio: quia alius potest firmiter et certitudinaliter assentire alicui complexo sine omni evidētiā. verbi gratia. alius scit aliquam conclusionem demonstrare. et per consequētiā illi conclusioni firmiter et certitudinaliter assentit. ponamus quod obliuiscatur illius demonstrationis: ita quod nesciat eam post demonstrare. iste adhuc ita firmiter assentit huic conclusiōni sicur prius: quia certitudinaliter cognoscit quod sciuit demonstrare: et scit quod nihil est demonstrabile nisi verum. ergo adhuc firmiter reputat istam conclusionem veram: et sic certitudinaliter illi assentit sine omni evidētiā actualiter habita. Si queras mediāte quo habitus sic assentit nō scītia que est habitus: quia ille est evidēns ex obiecto. Nec aliquo predictorum modorum: nec aliquo alio ut videtur ergo et ceterum. Respondeo quod quando sciuit eam demonstrare et demonstrauit: derelinquebatur aliquis habitus tam respectu incompletorum quod respectu complexiorum et forte aliquis habitus iudicatiūs quo evidēter cognoscit

XXVI

se scisse demonstrare eā qn̄ demōstrauit: et quantum habitus corūpāt principiōꝝ veridici et cōclusionis illius: tñ possunt manere predicti habitus apprehēsūt et aliis habitus quo scit demōstrare eā et isti ducūt in noticiā recordatiū: videlꝫ et ipse cognoscit se demōstrare scīuisse. et ex istis cātūr: actus assentēdi certitudinaliter respectu illius conclusionis sine eius evidētiā: nec causabitur ille actus ab habitu sciētie. Ad aliud dico quod quantūcum ponatur intellectus actiūs non potest assignari causa quare plus cognoscit unum obiectum habitualiter notum quod aliud: quia solum esset naturaliter actiūs: et sic equaliter quantū ex parte sua est: cognoscit omne obiectum habitualiter notum. ideo dico quod actus voluntatis est causa immediata quare plus cognoscitur unum tale obiectum et non aliud: quia scilicet voluntas vult unum cognosci et non aliud. et posita ista volitione cum habitu inclinante si ne actiuitate intellectus causabitur intellectus illius obiecti. et posita actiuitate intellectus sine actu volendi non potest sufficienter reddi causa predictae conclusionis: et ita est in multis argumentis que probant actiuitatem tam voluntatis quod intellectus: quia multa talia sine actu voluntatis non possunt saluari. Per predicta potest haberi occasio respondendi ad omnia argumenta que probant actiuitatem intellectus: tamen tenet oppositum propter sanctos auctoritates et pharos que non possunt saluari sine actiuitate intellectus: sicut patet de intellectu a gente tertio de aia. quere in hoc quomodo ponit intellectum agētem. et ad hoc etiam sunt rationes probabiles: licet non necessario cōcludant.

BA
Ad viceſimū pri-
mū

Questio. xxvi.

A
Questio XXVI
et vltia huius scđi

Trum potentie
sensitive differat realis ab ipsa aia
sensitive et iter se. quod sic probat per pharos
scđo de ai cōmento. xxiij. rōes aut alteras eē manifestū est ex eo nāc quod sensitive et opinatiū alterū est. siqdē et sentire et opinari ab ipso est. Ad oppositū est cōmentator scđo de aia. cōmento. iij. necesse est ut aia sit sba fm quod est forma corporis naturalis habētis vitā fm quod dicīt habere illā formā. Item cōmento. xxiij. vult quod sit perfectio prima: et actus vite perfectio secunda: quod non esset verum si potentia esset alia perfectio media iter aiam et actum. Hic dicit quod potentie sensitive sit accētia et quod distinguatur re aliter ab essentia aic: non tamen sic quod sint in aia subiectiū: sed sunt in toto composito subiectiū: sed fluūt ab aia. quod probatur: quia potentia est fm quaz dicinur potentes aliquid

B
Opinio prima

iij

Queritur.

Respondetur.

agere aut pati cuiusmodi est potentia eius actus: sed aliae operationes non expletur nisi mediante corpore: ergo ille sunt in corpore subiective. aliae operationes expletur sine corpore: et harum potentie sunt in aia subiective. Sed contra: quia iste potentie sunt subiective in coniuncto: aut sunt in coniuncto ex materia substantiali et forma precise: aut in coniuncto ex his cum aliis accidentibus. Primum non potest dari: quia secundum eum ideo potentia est in aliquo subiective: quia eius operatio exercetur media ante illo: sed operatio visus exercetur mediante alio organo quam operatio auditus: aliter posset cecus videre: sed non exercetur mediante alio composito ex materia et forma: quia idem compositioni exercet oculis operationes: et sicut in ceco et in organo visus: nam eadem materia quam per se et eadem forma substantialis. Aliiter enim non est verum dictum phei. primo de aia si senex acciperet oculum iuvenis: videret sicut iuvenis: quia si illa pars forme sensitiva que perficit organum visus esset corrupta propter sensus acciperet iuvenis oculum nunquam propter hoc videret ut iuvenis: sed oculo nibil videret. et ex hoc apparet quod in ceco quoque in quo sunt omnia organa sensitiva est potentia sensitiva quilibet accipiendo potentiam pro forma que nata est elicere actum sentiendi: et deficit aliqua dispositio accidentalis necessario requisita ad actum: et ideo non potest actus elicere. Si dicas qualia accidentia requiruntur sicut dispositio subiectiva. Contra: eodem modo potest dici quod potentia sit in aia subiective: et tamen quod non possit in operatione nisi mediantibus aliis dispositionibus accidentibus. Item tunc dicetur potentie verius esse subiecti quam aie si sunt subiective in tali composite. Si dicas quod non: quia fluunt ab aia. Contra: iste fluunt a deo. ergo debent dici potentie diuine. Item secundum eum ab eodem est aliquid: proprietas eius naturalis: ergo cum iste potentie sint proprietates naturales compositi: quod est a generante. iste potentie sunt a generante. ergo sunt potentie generantis. Nec datur secundum membrum: quia unum accidens per se tantum habet unum subiectum per se tantum: ergo potentia non est subiective in compositione ex substantia et accidentibus. Item contra hoc quod dicit quod fluunt ab aia: et alibi dicit quod aia est causa carum. Contra: si sit causa: ergo in aliquo genere cause: et non nisi in genere cause efficientis. patet discurrendo per singulas causas: sed hoc est impossibile secundum eum. tum quia tunc non essent accidentia: quia substantia secundum eum non potest esse principium immaterialis alicuius accidentis, tu quia tunc potens-

tie non essent plures: quoniam ab uno agente naturali non causatur nisi unum. Item secundum de aia commento quanto sensitivi quidem previa mutatione sit a generante ergo potentie sensitivae sunt effectivae a generante et non ab aia. Item quod non sunt qualitates in coniuncto patet: quia actus et potentia sunt in eodem subiective: sed omnis cognitio est in aia mediate vel immediata: ergo omnis potentia est in aia: quia cognitio est subiectiva in potentia. Item commentator secundum de aia commento. xviii. in aia sunt intellectiones et comprehensiones: et extra aiam non sunt comprehensions nec intellectiores: sed res naturales non comprensibiles. Item alibi videtur dicere quod virtus visiva corrumperit in aduentu cecitatis. sed constat quod nulla potentia anime corrumperit sed dispositio corporalis nisi corrumperatur vel auferatur totum organum potentie: tunc bene corrumperit virtus visiva que est in potentia quia tunc illa pars forme sensitiva que perficit oculum corrumperit: sed manente organo non corrumperit: sed dispositio aliqua corporalis accidentalis: ergo potentia non est talis qualitas corporis. Item nobilior perfectibile secundum eum debet habere nobiliorum perfectiores: sed aia est perfectior corpore et potentia est perfectior: et nobilior in aiali: ergo est in aia non in corpore. Item secundum de aia videntur plus dicere quod in aiali respectu nutritio non est aliud principium ab aia nisi calor: sed calor non est in potentia aie. ergo ecce modo respectu visionis sufficit aia pro principio. Ad questionem dicetur quod potentia aie potest dupliciter accipi. uno modo pro omni necessario requisito ad quemque actum vitalem tanquam causa partialis. Alio modo per se pro illo quod se tener a parte aie elicentis tanquam principium partiale. primo modo dico quod potentie sensitiva distinguuntur ab aia et inter se hoc patet: quia virtute aliquarii dispositionum accidentalium potest haberis actus visendi et non audiendi. et conuerso: ergo dispositiones accidentales necessario requisite ad actum videndi distinguuntur realiter a dispositionibus necessario requisitis ad actum audiendi. hoc patet: quia dispositiones unius possunt corrumphi totaliter instantum quod actus natuus eliciti mediantibus illis dispositionibus non potest eliciri propter parentiam dispositionum illarum: patet de visu. et dispositiones alterius sensus possunt manere puta auditus et actus natus eliciti mediantibus illis dispositionibus. potest eliciri: ergo ille dispositiones distinguuntur realiter inter se et ab aia sensitiva constare: ex quo sunt accidentia absoluta: et ideo accipiendo potentiam visivam pro forma sensitiva

q̄nata est elicere actū videndi et p̄ illis actib⁹ necessario requisitis tanq̄ cause partiales sic potest concedi q̄ potentia visuā corūpit saltem q̄tum ad suū significatū partiale puta q̄tum ad dispositōes accidentales. Et autem illa accidentia necessario requisita ad actū sentiendi sive sunt q̄titates sive vtre q̄s sint causa partialis respectu actus sentiens dī: pater p̄ propositōē frequenter acceptam quā docunt q̄ aliquid sic se habet q̄ illo posito ceteris paribus potest ponī effectus: et ipso nō posito positis q̄buscunq; alijs non potest posse effectus naturaliter ipz est causa illius esse etius vel causa cause: sed positis talibus dispositionib⁹ cū alijs necessario requisitis ad a: etū sentiendi potest ponī actus sentiēdī: et ipsi si positis nō potest ponī naturaliter. ḡtē. et si intelligat de potētis q̄ sunt accidentia absoluta esset opinio sua vera: et si sic nō intellegit nō est vera. Scđo modo nō distinguitur realiter sicut res et essentie distincte: nec inter se nec ab aia sensitiva. qđ p̄batur: quia frustra sit per plura q̄t. sed per vñā aiam sensitivaz q̄ se tener a parte principij eliciētis indistinctā possunt elici oīs operationes sensitiae: ergo frustra ponuntur plures forme. Intelligen: dū tamen q̄ licet in aiali sit tantū vna forma sensitua que elicit oīs istas operationes: cū tamen forma non est indiuisibilis sed diuisibiliis in parte eiusdem rationis: quia forma sensitua in qualibet aiali sicut pono extēditur et ad eius extēnsionē q̄titatis est in materia: ita q̄ sicut vna pars q̄titatis est in vna parte materie et alia pars i alia parte: ita vna pars animi sensitiae perficit vnam partem materie et alia eiusdem rationis per oīa perficit aliā partem ita q̄ illa pars forme sensitiae perficiens organū visus est potentia visuā eodez modo quo nunc loquimur de potentia et alia pars eiusdem rationis perficiens organū auditus est potentia auditiva: et sic deinceps. et ideo nō obstante q̄ in uno aiali sit tantū vna forma sensitiva tamen cū hoc stat q̄ potentie sensitiae aliquo modo distinguntur abinuicē sicut partes eiusdem forme que sunt partes eiusdem rationis: et ista distinctio est realis: q̄ potest vna pars forme manere q̄ dicitur vna potentia: et alia pars totaliter destrui q̄ dicitur alia potentia: sicut si aliquis eruat oculos: tunc illa pars sensitiae q̄ perficiebat pupillam oculi corūpitur et adhuc remanet illa pars forme sensitiae q̄ perficit organū auditus. et ideo inter potentias est distinctio realis talis qualis est inter partes eiusdem forme q̄ faciunt per se vñā formam quo modo partes albedinis in vna parte superfis

cies distinguitur a partibus eius albedinis in alia parte eiusdem superficie. et hoc modo potest concedi q̄ sunt in boie distincte potentie visuē etiā realiter: q̄ vna pars perficit vnam pupillā et alia aliā pupillā. et sic debet concedi q̄ est tanta distinctio realis inter vñā potentiam visuā bois et alia q̄ta est inter potentiam visuā et auditivā: sed iste potentie non sic distinguuntur abinuicē q̄ vna pars istius forme determinet sibi certā actionē: ita q̄ nō potest elicere aliam: et alia pars determinet sibi alia actionem ita q̄ non istā: quia ex quo oīs iste partes sunt partes eiusdem rationis et eiusdem forme non videtur aliquid qđ potest vni parti cōpetere qđ non possit et alteri parti. et ideo dico q̄ si pars illa forme sensitiae que perficit organū auditus vel gustus vel q̄ est in pede p̄ficeret organū visus: et pars que perficit organū visus perficit organū auditus: tunc illa pars forme que prius eliciebat actū videndi nūc elicet actū audiendi vel gustandi. et ecōuerso: et si dispositio illa accidentalis que est in organo visus est in pede illa pars sensitiae q̄ nūc est in pede ita eliceret actū videndi sicut nūc elicit per oculos: quia materia eiusdem rationis est in oculo et in pede et forma similiter. et ideo non deficit nisi dispositio necessario reque sita adynū actum et non ad aliū. Ex istis patet quid est potentia sensitiva: modo quo nunc loquimur de potentia: quia potentia visuā est illa pars forme que perficit organū visus: et sic de alijs organis. Potētia tactiua est tota forma sensitiva: quia per quālibet partē informatam forma sensitiva potest homo tangere qualitates primas: et h̄i nisi deficiat aliqua dispositio accidentalis necessario requisita pro his moribus: pro alimentis et pro motibus: ubi appetet q̄ primo vna pars amittit actū tangendī et postea alia pars in quibus partibus est vere aia sensitiva q̄ non possunt sentire: quia dispositio accidentalis q̄ necessario ad actū sentiendi requirit deficit in illis et corumpitur: non autem illa pars forme sensitiae.

Circa predictā materiā
am notandum primo q̄ color causatus ex transi-
tu radij solarij p̄ vitru est subiectum in aere p̄
pinquo parieti et non in pariete. Et ad obiecti-
ones alias que sunt contra hoc patuit prius.

Item notandum est q̄ licet commentator po-
nat septimo phisicorum. q̄ licet magnes cau-
set aliquam virtutem in medio et in ferro ra-
tionē cuius mouetur ferrum ad magnetem. m̄
sicur p̄barā est opotet cū hoc ponere q̄ lapis
immediate h̄eat activitatē respectu illi mortis

Sequitur nota:
bilia huiusmodi ali-
bi quoq; deseruic-
tia

Libri

quia si destrueretur ad nullā partē moueretur ferrū: et ideo ponendo illā virtutē oportet posse eaz esse causam partialē euz lapide: et sic adhuc habetur propositū: quia aīa agens potest immediate agere in distans. Item illa virtus si ponatur non est passio nec passibilis q̄litas: quia in nullo sensu potest fundari. et p̄ consequens ille quattuor species quas ponit p̄bs in qualitate sunt insufficientes. Dico etiā q̄ oportet ponere aliquā talē virtutē: sed potest ponī q̄ magnes immediate sit causa totalis illius motus codē modo quo causa sc̄da vel crea tura est cā totalis. Si dicas q̄ agens non potest mouere aliud motibus contraria: sed lapis si sit sursum trahit ferrū sursum: si sit deorsum tra bit deorsum. et sic de alijs. ergo nō potest ē p̄cipiū immediatū illius motus. Unde idē ar gumentū est cōtra te ponendo virtutē: q̄ vir tus illa est naturalis et agit naturaliter sicut lapis. ideo dico q̄ hec auctoritas q̄ agens p̄ idē nō potest esse principiū motiū oppositorū generaliter sumpta falsa est. sicut p̄t p̄ ex perientiā: sed naturale agens nō potest natu raliter immediate mouere p̄ idē principiū motib⁹ oppositorū: aliud tñ bene potest. Itē nota q̄ calor causatus a sole causatur ab eo immediate: sicut cā totali vel saltē p̄tialī. Itē color cau sari ponitur in medio: nō propter visionem sic sc̄z q̄ sit causa partialis respectu actus viden di: et hoc quando est in gradu remisso sed pro pter experientiā: q̄ ad sensum patet q̄ q̄dū radiū transit per corpus sp̄bericū: q̄ causatur color in parte opposita: et ille color potest cau sare actū videndi partialiter sicut color in cor pore denso: sed nō ponitur ille color ad viden diū aliū colorē: quia impedit visionem alicuius alterius coloris sicut patet ad sensum: q̄n autē non apparet sensibiliter talis color: tunc nō est necessitas ponendi colorē propter ac tū videndi: quia nec est causa partialis actus videndi: sed ip̄met color in obiecto distante: nec est ratio representatiua alicuius coloris. Ideo generaliter quando non apparet color in medio tunc non oportet ponere colorē nisi sit aliqua alia experientia preter actus viden di inducens ad hoc. Item notandum q̄ in mo tu projectionis est magna difficultas de prin cipio motiū et effectu illius motus: quia nō potest esse projiciens: quia potest corrūpi ex istente motu. Nec aer: quia potest moueri mo tu contrario: sicut si sagitta obuiarer lapidi: nec virtus in lapide: quia queror a quo causat illa virtus non a projiciente: quia agens natu rale equaliter approximatur passivo equaliter causat semp et effectum: sed projiciens q̄tum

Secundi

ad oē absolutū et respectiuū in eo potest equa liter appror: mari lapidi et non mouere sicut quando mouer. potest em̄ manū mea tarde moueri et approximari alicui corpori: et tunc non mouebit ip̄m localiter et potest velociter et em̄ impetu moueri: et tūc approximatur eo modo sicut prius: et tunc causabit motū et prius non ergo ista virtus quā tu ponis non potest cau sari ab aliquo absoluto vel respectivo in p̄fici ente nec a motu locali ip̄ius projiciētis: quia motus localis nihil facit ad effectū nisi appro ximare actiua passiuū sicut sepe prius dictum est: sed om̄e positū in projiciente equaliter ap proximatur projecto per motū tardū sicut per velocem: ideo dico q̄ ip̄m mouens in tali mos tu post separatōem mobilis a primo projicien te est ip̄m motū fīm le et non per aliquā virtus tem absolutoram in eo respectiuā: ita q̄ hoc mo uens et motū est penit⁹ indistinctus. Si dicas q̄ effectus nouis habet aliquā causam: sed mo tus localis est effectus nouis. Dico q̄ motus localis non est effectus nouis absolutus nec respectiuus. et hoc negando vbi: quia non est aliud nisi q̄ mobile coexistat diversis partib⁹ spaci: ita q̄ cū nulla vna coexistat dū duo con tradictoria non verificantur. Unde licet que liber pars spaci quaz transit mobile sit noua respectu mobilis transcendentis quatenus mobi le nunc transit per illas partes et prius nō: tam en illa pars non est noua simpliciter. de hoc dictū est. mirabile em̄ esset si manus mea cau saret aliquā virtutē in lapide per hoc q̄ motu locali tangit lapidem. Item notandum q̄ hec est vera sc̄do modo dicendi per se color est visibilis: non q̄ visibilitas dicat aliquā accidēs inberens visibili sicut nec dicit intellectuali tas aliquā accidens inberens intelligibili. nā illud qđ purum nihil est potest intelligi sicut sortes quem aliquid vidi si annibilaretur ni bil minus possim intelligere sortem: et tamen illud qđ in telligo est purum nihil. codē modo purū nihil possim videre oculo corporali si vi derem aliquā obiectū intuitu: et tamen deus destrueret illud obiectū et conseruaret visionē meam: tunc viderem purum nihil. et per conse quens nec intellectualitas nec visibilitas di cunt aliquā accidens absolutum vel respectiuū inberens intelligibili nec visibili: ideo tā intelligibile q̄ visibile dicit conceptum connotatum: ita q̄ visibile prout predicatur de re visa. sc̄do modo est conceptus quidam conno tatiuū significans p̄ principaliter rē visam: et cōnotat actū videndi et intelligibile sit: et sic patet ex intentione p̄phi q̄ cōcept⁹ cōnotatiu⁹ p̄t aliquā dici passio: et p̄dicat sc̄do mō de re illa

Questio

Eodem modo est de vero bono et uno que possunt pbs passiones entis. iij. metaphysice. quia verum significat omnia entia mundi sicut facit ens: et connotat actum intelligendi. Si dicas. si connotatum sit secundarium significatum non primarium cum actus intelligendi sit unum ens: ergo unum quod ad principale significatum significat actu intelligendi: ergo non connotat. Responsio. dico quod idem potest esse significatum principale alicuius conceptus voluntatis et connotatum: sed diversimode: quia est significatum principale indeterminate: et est determinate connotatum. sic est in proposito unum significat omnia indistincte et indeterminate: quod non plus unum est aliud: et per consequens indeterminate significat principaliter unum actu intelligendi: sed connotat determinate eundem actu.

Nota quod significatur principale et connotatum

Ende ad sciendum quid est connotatum alicuius conceptus vel nominis accipiamus diffinitionem quid nominis exprimente: et tunc aliquid ponitur ibi in recto aliquid in obliquo. Illud quod ponitur in recto est significatum principale nominis vel conceptus. et quod ponitur in obliquo est connotatum. Exempli. accipimus diffinitionem exprimentem quid nominis veri que est ista. Verum est illud reale quicquid sit quod potest intelligi ab intellectu. Et bonum est illud quod potest concupisci a voluntate. hic res aliqua que potest intelligi ponitur in recto: et est significatum principale et intellectus et voluntas in obliquo que sunt connotata. Ende illud dicitur connotatum quod est totaliter extrinsecum alicui significari principali conceptus vel visionis. Item notandum quod speculum est causa parti alias visionis que cauatur mediante speculo. et eodem modo pupilla quando aliquid videtur in ea per reflectionem. Item nota quod auctor psp certius dicit quod corpus magnum coloratum si ponatur super visum bene impedit ne rotum corpus videatur: sed non impedit quoniam pars videatur. Exempli ad hoc de panó tenui mediáte quo ad aliquid corpus coloratum potest videri. Si dicas quod ibi sunt foramina. Contra id potest fieri mediante corpore denso si sit perspicuum. puta si lapis ponatur super oculum lapis dico spiculum: adhuc posset videre mediante eo: et tamen ibi nullum est foramen. et hoc est verum si palpebra sit aperta et omnia alia bene disposita. et eodem modo est si color in gradu remisso sit in aere contingente principale: tunc ille aer est coloratus et ibi corpus coloratum ponitur super visum: et tamen non impedit visionem aliorum: licet forte suipius. Item notandum est quod videns non posset discernere distantiam inter duo corpora colorata nisi medium videretur: et esset causa partialis

LXXXVI

respectu actus videndi. Item quod in sensu et in intellectu est ita vera alteratio sicut in corpore extra: quia sicut in corpore per alterationem acquiritur una qualitas et deperditur altera: ita in intellectu quando aliquis mouetur de habitu erroris in habitu scientie: et sicut ibi sunt due alteraciones ordinate quarum prima est deperditiva et alia acquisitiva: ita in intellectu alteratio per quam corruptitur habitus erroris est deperditiva et alia acquisitiva et est vere motus sicut alius in corpore. Quia ratio est: quia quando aliquis diu stat in consideratione alicuius rei sive etiam in consideratione alterius magis in climatur ad intentum. Ille primus rem quod secundus: sed hoc non posset esse nisi quia habitus intensior generatur ex primo actu quod ex secundo: sed quia ratione partes istius habitus quae est intensior alio generatur in una parte temporis et non in alia cu sit idem actus uno numero in totto illo tempore: quia per unum illum actuum multe partes illius habitus generantur successivae: et per consequens est ibi vere motus alteratio. Et quid dicimus ad pbs: qui negat ibi alterationem? Respondeat commentator secundum de anima: quod ibi non est alteratio que est corruptio patientis: sicut est in elementis. Et ideo dicit pbs quod est ibi aliud genus alteracionis ab illa alteratione.

Item notandum quod representatiuum sicut in primo ponebatur non est negandum: sed sicut nunc ponitur. Nam pbs ponebant tale representationem: quia videbant quod in ipsis corporibus perspicuis: puta oculis vel alijs apparet res obiecta finitima reflexam et sensui representatur: et tale representatiuum non est negandum. Imo speculum vere representat: et similiter alia corpora perspicua: sed non per aliquam speciem impressam: sed quia materia corporis perspicua talis est in se: quia representat sibi opposita: sed representatio sicut modo ponitur est neganda.

Item ad questionem de peccato originali. Dico hic quod aliquid est loqui de peccato originali de facto: aliud de possibili. Nam de facto est sola careraria iusticie originalis: cui debito habendi ea. Et finis hoc videtur quod iusticia originalis dicat aliquid absolutum superadditum puris naturalibus. Sed de possibili dico quod potest fieri a deo quod peccatum originale non dicteret careriam: nec doni naturalis: nec doni supernaturalis: nec debitum aliquid habendi: sed quod aliquis propter aliquid demeritum precedens in aliquo sit indignus vita eterna: sive acceptatorem diuinum. Hoc prout: quod aliquis existens in puris naturalibus propter acceptari a deo. Et deinde statuere quod ipso sciente et diuinum preceptum sit indignus acceptatione divina: tam ipse et os descendentes ab eo.

Libri secundi finis

¶ tamen descendens ab eo propter nullius ea
rentia est indignus: quia non habet illa iustis
ciam quam habuit pater suis quando fuit acce-
ptus. nec tenetur alias habere: quia pater nul-
lam habuit: nec tenebat habere: ergo nec ipse
¶ per consequens peccatum originale nihil di-
ceret nisi non acceptatione diuinam propter
aliquid demeritum precedens in alio. Hoc etiam
per quod: aliquis potest esse in peccato actuali sine
omni carentia cuiuscumque quod debet habere
pro tunica: paret dormiente. Et hoc pone:
rem de peccato originali de facto: nisi essent
auctoritates sanctorum que videntur dicere quod
originale peccatum est carceratio iusticie debite iesse

Sed dubium est utrum deus possit accepta-
re primo aliquem existente in puris naturalibus
quam dignum vita eterna: et post eundem sine omni
demerito sui reprobare? Respondeo quod sic
quia non includit contradictionem quod sic fiat.

Si dicas quod tunc erit transitus de contra-
dictorio in contradictorium sine aliqua muta-
tione. Respondeo quod hoc est possibile aliquan-
do: quoniam illa regula habet instantiam sicut se-
pe dictum est: et est ista. Si enim nec motus nec
mutatio nec tempus esset: sed solus deus: et cre-
arer unum angelum: tunc in principio quando
angelus creatur verum est dicere: Angelus cre-
atur: et post non est verum dicere angelus crea-
tur: quia creatio dicit causam creantem et esse
enatum: et connotat negationem immediate
precedentem. Et ideo quando angelus primus cre-
atur: est verum dicere quod creatur: quia tunc nega-
tio connotata per creatorem immediate prece-
dit: sed post non est hoc verum dicere: quia tunc
negatio non immediate precessit. et hic est trans-
itus de contradictorio in contradictorium: quia
creari aliquem et eundem non creari contradi-
cunt. et tunc nulla est hic nec in angelo nec in
aliquo alio actualis mutatio. Et ista instantia
vera est. Et codes modo est in proposito: si deus
primo istum angelum sic creatus acceptaret: et
post eundem sine omni demerito sui vel alterius
reprobaret: iste esset acceptus et non accep-
tus sine omni mutatione actuali: sed non sine
omni mutatione potentiali saltem in alio: quia
si fuisset aliqua successio in angelo vel in alio:
tunc extrema vniuersus contradictionis vel alterius
non possent vni parti illius successionis
coexistere: sed necessario vnum extremum coexi-
stet vni parti successionis: et aliud extremum
alteri parti: et tunc fuisset vere mutatus in se
vel in alio. Et in hoc clauduntur questiones
super secundum sententiarum.

X
Dubitatur

Y
Respondetur.

sita. ergo eodem modo respectu actus diligenter dei debet poniri: habitualis acquisitus et infusus. Ad primum alterius opinionis negotatur assumptum: scilicet maior: quod ipse ponit duplicitem coplacentiam: scilicet generalis et speciales. aut igitur intendit quod caritas sit tantum obiectum complacentie specialis aut generalis. non generalis: quia obiectum est habitus complacentie generalis et quelibet creatura naturalis per eum. nec specialis: quia diuina summa coplacentia specialis est respectu creature nobilis valde vel nobilissime. nunc autem natura angelica et natura humana est nobilio: quamcumque talis forma. et per consequens utramque est obiectum diuine coplacentie specialis. sicut illud quod perficitur per formam tales et forma talis est obiectum sicut illud quod perficitur et est immediatus natura humana obiectum diuine complacentie quam caritas: quia propter illam est caritas obiectum et non econuerso. quod igitur dicitur nullus actus et ceterum dicitur quod illud est verum quod trahit est obiectum illius actus unum tamquam formale aliud materiale. sicut patet in exemplo suo. color est obiectum formale visionis etiam lignum materiale. et lignum non est obiectum visionis nisi mediante colore. et ideo est obiectum mediatus visionis: sed in proposito obiectum immediatus acceptatus diuine vel coplacentie est natura humana vel rationalis. nec est caritas obiectum formale et aia obiectus materiale: sed utrumque est immediate obiectum diuine coplacentie et formaliter natura rationalis est obiectum immediatus. et sic patet ad exemplum eius quod quando dicit de actu non transirent: etiam dico de actu non transirente non potest fieri actus transiens sine mutatione: tamquam potest fieri mutatio vel in obiecto vel in aliis quo alio vel in tempore. Exemplum primum. deus nunc acceptat eum quem non acceptauit prius. quod nunc est bonus et prius non. Exemplum secundum. deus acceptat nos propter merita Christi ad modum quo aliquis ad preces unius remittit alteri offendit. Exemplum de existentibus in purgatorio qui liberantur ad preces aliorum. Exemplum tertium. potest deus statuere quod ille qui inuenitur aliquo die non bonus sit dignus vita eterna cuius inuenit alio die bonus. sicut si papa statueret quod qui inueniretur tali die in ecclesia haberet promotionem: et qui alio die inueniretur nihil haberet. igitur propter mutationem et successionem temporis potest de actu intransiente fieri transiens. Ad aliud dico quod potest aliquis odire sine omni iniquitate in odito: quia nullius debitor est et potest cum existentem in iniquitate non odire ad penam eternam. et sic est in proposito.

Ad primum alterius opinionis

Ad secundum

Libri

Ad confirmatores

Ad aliud de causis formalibus oppositis et effectibus dico quod improprie dicitur causa formalis habet effectum formale; nec plus potest hoc dici quod causa finalis habet effectum finalis vel materia effectus materialis. ideo tales locutiones sunt metaphorae et false de virtute sermonis. 7 ideo cōpositū ex materia et forma est effectus oīm causarū puta albū vel aliquid tale. Et igitur dicitur quod iniquitas facit aliquem inimicū dei formaliter: dico quod falsum ē ut ipse intelligit: quod ipse intelligit quod iniquitas necessitatē deū ad detestandū et spernēdū ad penā eternā. et caritas opposito modo se habet quod totū falsū est de potentia dei absoluta. Si dicas quod contradictionē includit quod aliquis habeat caritatē nisi sit carus: sicut quod aliquis habeat albedinē nisi sit albū. dico quod bene denominatur talis habens caritatē carus: sicut habens albedines albus: 7 sic est vere carus: sed non necessario sic carus quod sit dignus vita eterna: 7 tamen carus est deo: quia deus dedit sibi caritatē. et cū hoc potest reprobari a deo de potentia sua absoluta. Ad aliud dico de readamione naturali quod nullius est debitor: id non tenetur readamare. Ad aliud de virtutibus dico quod concluditur quod diligenter virtutes propter caritatē aliqua dilectione. non tamen conclusio quod reneatur acceptare. Ad aliud dico de delectabili et pulcherrimo quod non cōcludit: et quod oīa argumenta sequentia excludunt quod illa terminat actū diligendi non tamē necessitatē ad acceptandū hoc tamen debet concludere si p̄ habit intentum.

Questio. vi.

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Questio VI

Opiniones quatuor

Tru anima chri: sti habuit summā gratiā possibilem̄ haberi in via. Dic primo videndum est de modo augmentationis forme. Scđo de statu vtrū sit vel non. Dic sunt quattuor opiniones concordantes in una cōclusione quod forma non augeretur per additōnem noue partis. Prima ponit formā in se esse perfectiore vel imperfectiorē: sed non recipere magis vel minus nisi per comparatiōnem ad subiectū. scđa ponit latitudinem graduū in forma: sed ponit quod non distinguitur in forma realiter: sed tantū virtualiter sive fīm rationē. Tertia ponit quod suscipit magis et minus fīm quod magis et minus miscetur cū suo contrario. Quarta que istarū est ratiōabilior: et si tenerez aliquā istarū quatuor tenerez quartā: ponit quod utraque forma est eque simplex tam autem quod augmentans. et est eque simplex post augmentationem sicut ante. et ponit quod in adūtu forme perfectioris forma precedēs totaliter corūpitur: et alia totaliter

Tertij

generatur. Et pro ista opinione sunt ratiōes que patebunt respondendo ad eas. Sed contra istas tres opiniones arguitur multipliciter. Primo sic oīs actio realis habet terminū realem. et sic actio noua habet terminū nouū: sed quādo aliquid mouet de minus calido ad magis calidū: ibi sensibiliter experitur actionem realem nouā. igitur ibi erit aliquā nouū producūtum quod prius non fuit: et nihil precedens corūpitur fīm istas tres opiniones. tunc illud aut est eiusdem rationis cū forma precedente et habetur propositū quod est augmentatio per additionē noue partis disticte realiter informatis idē cū priori aut alterius rationis. et hū non quia tunc est cōpositio in forma accidentali ex potentiali et actuali alterius ratiōis sicut est cōpositio in genere substantie ex materia et forma. Itē oīs actio vel est acq̄sitiua aut deprivativa: sed quādo aliquid mouet de minus calido ad magis calidū: ibi non est actio deprivativa: quod tunc non esset augmentatio forme: igitur est acq̄sitiua. igitur per illā aliquid noui acq̄ritur quod prius non fuit. et illud tunc sicut prius aut est eiusdem rōis cū forma preexistente aut alterius si eiusdem et nihil precedens corūpitur et sic habetur propositū si alterius. tūc aut est alterius speciei simplicis quod nullus potest ponere aut est alterius rationis sic quod est essentia le speciei caloris: et tūc sicut prius est materia vel forma. et sic erit vera cōpositio sicut in genere substantie quod suppono esse falsum ad presens. Itē impossibile est esse transitū de cōtradictorio in cōtradictorium sine omni mutatione extendendo mutatōem. sed quādo de minus albo fit magis albū est talis trāitus: quia tūc est albus in tanto gradu et prius non. igitur aliquid est nouū p̄ductus. Item quādo forma non variatur et subiectū sūlīter non variatur. ibi est semp̄ equalis denotatō: sed quando de minus albo fit maius albū subiectū manet idē. et per cōsequēs non variatur substantialiter: quia forma per te non variatur: sed est oīo eadem igitur ita perfecte denotatur albū quādo est magis albū: sic quād minus albū. Si dicas quod forma post augmentationem magis radicatur in subiecto quod prius. et ideo subiectū magis denominatur albus quod prius. Contra ista radicatio non consurgit nisi ex forma et subiecto: sed subiectum est idem et per te forma est eadem. igitur radicatio erit eadē et equalis et participatio similis. et quād si sit maior radicatio erit maior forma. Si dicas quod radicatio forme est ex hoc quod agens plus appropinquatur passio quod prius. Contra agens non respicit passum nisi mediante formam. igitur si in forma nulla sit variatio

Contra tres opinio[n]es

Questio

non alio modo agens respicit passum q̄ prius
Item quero utriusque primū gradū scđm sit
distinctio vel non. si nō: tūc nō magis denoīat
post augmentatōem q̄ ante. si sic aut ex natu
ra rei aut per intellectu. nō fūm intellectum: qz
fūm eos qn extrema contradictionis verificant
de aliquib⁹ illa nō distinguntur fūm rationē
sed realiter. Et de istis gradibus videtur esse et
nō esse: quia primus est quādō scđm non est. igi
tur est ibi distinctio ex natura rei nō formalis
vt suppono ex dictis igitur realis et prim⁹ non
corripitur. igitur in illa forma sunt plura eius
dem rationis realiter distincta et habet ppos
itū. Itē oē agens approximatū passo qd̄ pōt
in aliquā operatōem in quā prius nō potuit
ceteris paribus p̄supponit nunc aliquid posi
tū in agente qd̄ prius non fuit: sed calor in gra
du intenso approximatus ligno pōt in actu in
tensum in quē prius non potuit quādō fuit in
gradu remissio igitur aliquid est nunc in calo
re qd̄ prius nō fuit. et est eiusdē rationis: q: nō
est ibi aliqd̄ additū alterius ratiōis sicut post
patebit. ergo. Itē habitu termino mot⁹ cessat
motus. igitur si per motū nūbil acquiritur ipsi
forme sed totū presuit in principio quādō inci
pit motus terminatur motus. qd̄ est falsum et
contra sensum. et ideo dicit pbs et cōmentator
q̄ motus est acquistō partis post partē illius
forme ad quā vadit: et q̄ motus est actus entis
in potentia ad maiore formā pfectiōem. Si
dicas. q̄ forma est eadē ante augmentationē
et post fūm essentia non fūm esse. Contra. quero
utru illud esse distingu ē ab essentia aut nō. si
nō tunc dicere q̄ est variatio in esse et non i es
sentia est contradictione: qz oīa idez sunt: sed si tunc
habetur propositū: quia tunc p̄ augmēta
tōem aliquid nouū acquirit et pars preexistē
non corripitur. et per p̄ns pars additūr parti.
Contra quartā opinionē. q̄ non potest salua
re augmentatōem: sed tantū generatōem et cor
ruptōem. Item quādō aliqua augmentabilia
sunt eiusdē rationis et vñū est perfectius et a
llud imperfectius. illud qd̄ est imperfectius inclu
dit plures p̄es q̄ perfectius. et dico q̄ quādō
sunt augmentabilia propera aiam xp̄i et aias
alioꝝ: quia aia xp̄i est nobilioꝝ i puris natura
libus q̄ oīa aliciuſ alterius. et tamē non ē au
gmentabilis per tales gradus: vt videtur. sed
si in augmentatione tota forma prior corripit
tur qn posterior inducit forma sedā non in
cluderet plures partes q̄ prima: sed erit equa
les semp. et per p̄ns non est alia augmentatio
igit et. Ideo dico aliter q̄ suscipere magis et
minus est passio quedā que īmediate inest cui
cunq̄ materie. ideo nō pōt demonstrari q̄ ali⁹

VI

quā causam: sed talis passio solū experimento
potest ostēdi in esse suo ubiecto. hoc p̄t̄ quia
si possit denegari in esse alicui: aut igitur pro
pter imperfectōem forme aut perfectōem. nō
primo modo: q̄ forme imperfectiores q̄ albes
do suscipiunt magis et minus. nec scđo modo:
q̄ forma perfectior suscipit magis et minus pu
ta caliditas. et ideo nō est aliqua causa queren
da quare vna forma magis et minus et alia nō
nisi quia illa natura est hec: illa ē illa. et hoc ar
guitur solo experimento. Sed q̄tum ad mo
dū augmentatōis. dico q̄ forma augmentabi
lis cōtinet in se plures gradus eiusdē ratōnis
et quando forma primo generat in uno gradu
est minor perfectio i forma. et quādō sit augmē
ratio est noua pars eiusdem ratiōis addita re
aliter distincta a prima parte faciens cū p̄ma
vnā formā numero sicut due partes aque faci
unt vnā aquā. et sic deinceps et q̄ talis modus
sit possibilis. pbatur: qz si non sic aut hoc ē q̄a
repugnat illis partibus facere per se vñū: aut
quia forma non potest recipere magis et min⁹
sine extensiōe: aut quia repugnat plurib⁹ for
mis accidentib⁹ informare idem subiectū
si sint eiusdem speciei nō apparēt plura impe
dientia istū modū ponendi: sed primū non im
pedit: quia partes eiusdē rationis possunt fa
cere vnā qualitatē. p̄t̄ de albedine. alīē lignū
habens superficiē non posset esse albū vna al
bedie. cuius oppositū dicit: similiter due par
tes aque distincte faciunt vnā aquā. Nec secū
dū impedit: quia nō repugnat plus qualitatē
suscipere magis et minus siue habere plures p
tes sine extensiōe q̄ forme substāiali siue mas
terie: sed deus potest conseruare materiā et for
mā sine q̄titate et om̄i extensiōne. et tamē tūc
habent partes realiter distinctas licet nō ex
tensas. igitur eodē modo potest qualitas ha
bere plures partes sine oī extensiōne. Nec ter
tiū impedit: quia non repugnat formis acci
dentalib⁹ non facientibus per se vñū infor
mare idem subiectū que sint eiusdem rationis
igitur nec repugnat formis accidentib⁹ eius
dem rationis facientibus per se vñū infor
mare idem subiectū. p̄sequētia p̄t̄ de se. atēcedens
pbatur: qz accipio aliquē boiem diligētē du
os homines duobus acribus diligēndi. et istis
duobus acribus generant̄ duo habitus inclis
nantes ad dilectōem vtriusq; et q̄ sint duo pa
ret sic: qz p̄t̄ perdere inclinationem ad diligē
dum vnum stante inclinatione ad diligēnduz
alium et intense diligere vñū et od. re alii. igit
habitus inclinās ad vñā dilectōez et aliā ē alii
et ali⁹ qz possunt separari sīl̄ in intellectu pos
sunt esse duo bitus inclinātes ad intelligēdū

Libri

[¶]
Ad primā ratio-
nū q̄ hic solum
tanguntur

Ad secundam

Ad tertiam

[¶]
Ad quartā

duos boies. et probat sicut prius per separatio-
nē: sed isti duo bitus in intellectu sunt eiusdem
rationis: et illi duo sit in voluntate: quia potē-
tia est eiusdem rationis respectu virtusq; et obte-
cta sit. igitur de facto sunt et possunt esse duo
accidentia absoluta perficiencia idē subiectū
igīt et ceterum. Item aliter non potest saluari modus au-
gmentationis nec continuitas in motu sine tali
additione: quod si sit augmentationis pars prior non
corripatur: oportet necessario quod per illam augmen-
tationem aliqd adveniat de novo faciens unum
cū priori: aut igitur illud adveniat est eiusdem
rationis cū priori: aut alterius si sit eiusdem rati-
onis et in eadē specie cū priori aut p se aut p ac-
cidēs. si p se sicut pars aque est eadē in specie
cū tota aqua habet ppositū. si per reductioēs
tunc est essentiale speciei et tunc est actus vel poten-
tia quod nullus ponit. si sit alterius rationis: et in
alia specie p se. tunc per illud non est augmentationis
quod individuum speciei unius non augeat p inividuum
alterius speciei sicut patet. igitur et ceterum. Ad
ratiōes aliarū opinionū. Ad primā de auctore
sex pncipiorū. dico q̄ intelligenda est q̄ forma
coeredit in essentia invariabilitate: cū carentia
partii alterius rationis sicut est cōpositū ī ge-
nere substātie: non tamē carentia partii eiusdem
rationis: quod hoc est cōtra sensum. p̄t de albedine
in diversis partib⁹. Ad aliud de. vñ. metaphy-
sice q̄ forme sunt sicut numeri. dico q̄ sic intelli-
git q̄n aliquid subtractum aut additum quod non est
ratio sile sed dissimile: tunc p variatioēm sive ap-
positōem est variatio specifica. Aliter dico q̄
p̄s loquitur de illis q̄ ingrediuntur diffinitōes
sicut cōmentator ponit exēpli de numeris et diffe-
rebi additis in diffinitōe. et q̄n est additio vel
subtractio talium tunc variaē diffinitio: sed illud non
est ad ppositū: quod loquuntur de formis significati-
bus. verbigrā: si una pars addit⁹ alteri non ē i
q̄n una pars aq̄ addit⁹ alteri variaē spēs aque
Et q̄n dicit porphiri⁹ dicit q̄ differētia non sus-
cipiunt magis et min⁹ et ceterum. dico q̄ differētia sub-
stantiales non suscipiunt magis et min⁹: sed h̄ est
spāle q̄litaribus q̄ p additōē possunt suscipere
magis et min⁹ et q̄ritati: sed non conuenit de sub-
stantiali. Ad aliud q̄n dicit differētia formalis
est formalis: et differētia formalis est specifica
dico q̄ quedā differētia formalis est specifica
et qdā non. q̄n em̄ differētia vñ est dissimilis diffe-
rētia alteri: tunc in illis differētia formalis est
specificā. sicut p̄s de bove et asino. sed q̄n est simili
et no d̄ simili: tunc differētia formalis non est spe-
cifica. sic est i pposito. igitur et ceterum. Ad aliud q̄n ar-
guit q̄ diffinitio spēi equalit̄ se h̄ ad oīa indi-
vidua: quod exprimit totā essentiā cuiuslibet indi-
vidui. quod non est verū si esset talis maioriitas p̄

Testij

fectoris. Dico q̄ diffinitio spēi non est vna res ex
aiam: sed vnu cōpositū ex diuersis cōceptib⁹
et illud equalit̄ respicit oīa individualia: quod a quo
libet simpli sive sit pfecti⁹ sive ipfecti⁹ p̄ diffi-
nitio equaliter abstrahi. vñ argumētū si p̄clus-
dit: pbat q̄ vna pars aque non potest addi alteri
nec ignis igni q̄ oīa sunt falsa. Ad aliud q̄n
arguit q̄ tunc ille gradus additus erit accidē
talism: quod est extra spēm: dico q̄ gradus est vnu
individuali⁹ et respicit illa spēm sicut sortes boies
vel sicut cōceptum spēi et sicut cōceptus bois
potest esse sine sorte sic cōceptus albedinis potest
esse sine illo gradu. vñ nec albedo a parte rei;
nec nigredo est de essentia rei. Ad aliud q̄n di-
citur q̄ quāto forma est simplicior tāto est pfectio
r. igitur p̄ oppositū p̄tō cōposito tanto i-
perfectior. dico q̄ assumptū est fallsum: quod aliter
sequit⁹ q̄ medietas albedinis est pfectio tota
albedine: quod pauciores partes h̄z. quod est fallsum
quod est totū est maius et perfectius sua parte. sit
aliter materia esset perfectior cōposito ex ma-
teria et forma: ideo assumptū est fallsum. Ad
aliud q̄n arguitur aut d̄: distinguuntur spēm aut
fm̄ numerū. non fm̄ spēm: quod sic essent due ca-
ritates distincte in aīa specie. nec fm̄ numerū.
quod talis non est nisi penes distinctionē subiecto
ru. Dico q̄ distinguuntur numero non sicut duo to-
ta distincta loco et situ: sed sicut due partes fa-
cientes per se vnu. Et q̄n d̄: q̄ non possunt eē
plures caritates in eadē aīa: fallsum est de ca-
ritatibus facientibus per se vnu: et etiā de non
facientibus per se vnu sicut post patet. Si
dicis q̄ accidens non individualia nisi per subie-
ctū. dico q̄ hoc fallsum est: nec est hec ppositō
p̄b̄: sed intelligit q̄ q̄n sunt aliqua alia accidē-
tia nata facere p se vnu. tunc si sint in uno sub-
iecto faciunt per se vnu nat. aliter loquendo:
sed per potentiam divinā aliter potest fieri: sed duo
accidentia tota non nata facere per se vnu non
possunt naturaliter existere in eodē subiecto.
Ad aliud quando dicitur q̄ ex duobus in a-
ctu non potest fieri vnum. verū est de duobus
alterius rationis quod vnu non est in poten-
tiā respectu alterius: sed ex duobus in actu que
sunt eiusdem rationis bene potest fieri vnum
Contra predicta sunt aliqua dubia. primum
est de hoc quod dicitur q̄ non potest fieri varia-
tio in denotione forme nec radicatione nisi
sit variatio in subiecto vel in forma. Contra so-
la forma magis radicatur in subiecto ex lōga
p̄manentia in subiecto et difficilius mouet. et
tamē non est variatio in subiecto nec in forma.
igitur et ceterum. Scđm ē de h̄: q̄ augmentationis non est
sine nouo adveniente: quia cōmentator quarto
p̄fisiocum capitulo devacuo cōmento. lxxv.

Ad quintam

Ad sextam

Ad septimā

Primum dubium

Scđm dubium

Questio

Zentia dubium

Zilia opinio

Probatio prima

Zentia

Zentia

Zentia

Zentia

Zentia

dicit q̄ idem arcus potest habere maiore cursu ratione & minore sine oī nouo adueniente qd̄ prius non fuerat. igitur eodem modo augmentatio. & hoc ibi dicit plane cōmentator. Item fīm illam viam augmentatio non distinguitur a generatione: quia in utrāq; est productō forme de nouo qd̄ est p̄ pbm. Tertiū est. q: videt q̄ fiat additio p̄ formā eiusdē rōis: q: quāsto forma est purior & actualior: tanto est simplificior. igit̄ si oes p̄tes sint eiusdē rōis tūc erit forma simpler. Itē dato isto forma intēsa nō h̄z vnitate nisi acerui & essent plures ḡe i aia sic ramū i stipite. Propter ista & oī alia est alia opinio opposita opinioni quā teneo tm̄ i v̄ce sc̄adē tener in re. & dicit predicta opinio q̄ in augmentatōe nō est additio forme ad formā: s̄ est additio eiusdē realitatis ad formā q̄ nō est integrā v̄l p̄cibilis a realitate p̄cedente nec est p̄ se factibilis p̄ potentiam diuinā nec intelligibilis p̄ se nec p̄cipiat denotatōem forme nisi p̄ productōem sicut nō est intelligibilis p̄ se: s̄ coitelligibilis cū p̄cedēte: nec est existibilis p̄ se s̄ coexistēs. nec est entitas s̄ coenitatis. & dicit q̄ intellectus angelicus nō p̄t distinguere inter illā realitate adueniente & p̄xistentem.

Pro ista opinione arguit p̄mo sic. ex cōditio nibus formarū nobis notarū deuenimus i cognitōem formarū nobis ignorarū sicut ex augmetatōe q̄ titatis deuenim⁹ in augmentatōe nē q̄ titatis. nūc aut̄ sicut p̄t de linea m̄n⁹ curua sit maḡ curua. & nō adueniet aliqd̄ nisi quād̄ realitas et coexistētātis disticta a priori curuitate. sile est de aere min⁹ raro & post maḡ raro. igit̄ codē mō est in augmentatōe forme ciuilibet. Itē si pars aduenies sit eiusdē rōis cū p̄te precedēre: aut igit̄ iste forme se totis sūt eedē aut sunt vñū cōmūtate aut vnitate ali cui. nō p̄mo mō: q: tunc in augmentatōne sc̄da corū. p̄t: q: nihil trāsit in idētitatē alteri⁹ manēte p̄pria idētitatē. & si h̄tne nō est vna forma coposita ex istis realitatibus. nec sc̄do mō q̄ rūc ille partes essent cōtinue & facerēt vñū fīm eoz ultima. & sic caritas esset q̄ta habens partē cōtinuata p̄t: & p̄ p̄ns extēsa. Hoc p̄t q̄ omogenia nō faciūt p̄ se vñū nūsivt sunt cōtinua. igit̄ &c. Itē dato isto in q̄libet albedie essent infinite albedines: quarū q̄libet ess̄ dis̄incta realiter ab alia: q̄ p̄ motū acquirūt infinite p̄tes. Itē si sic. aut ille p̄tes faciūt vñū vnitate cōpositōis aut cōtinuitati aut omogenitatis: aut simplicitatis: aut aggregatiōis. nō p̄mo mō: q̄ talis h̄z p̄tes quarū vna est potētia & alia arcus: sic nō est i p̄posito. nec sc̄do modo: q̄ tunc e grātia cēt q̄ta & extēsa. nec tertio mō: q̄ tunc ille p̄tes cōtinuarent sicut par-

VI

Quātū dubium

Secundo

Quātū dubium

Secundo

Ad p̄mū dubius

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū

*res omogenei. nec quarto mō: q̄ tunc nō disti-
guerent. nec quinto: q̄ tunc caritas nō esset nisi
acerius multarii caritati. Quātū dubium
est de hoc qd̄ dicit q̄ oī individua eiusdē ra-
tionis sunt silia. Ex isto sequit̄ q̄ vñū non ē p̄-
fectius alio: nec caritas in gradu posteriori est
perfectior caritate in gradu priori: qd̄ falsū est
Itē fīm istā viā forma substātialis recipit ma-
gis & minus: q̄ sicut forma accidentalis habet
plures partes facientes p̄ se vñū individuum
eiusdē rationis eodem modo forma substātialis
pater de sensitiva & qualibet forma extensa in
materia. qd̄ est cōtra pbm in p̄dicamēt. Qui
tū dubiū esse p̄test de augmentatōe q̄ sit in ras-
refactōe & cōdensatōe. Itē si sic. q̄ augmenta-
tōe aīatorū non distinguit̄ ab ināitorū au-
gmentatione: q̄ eodem modo per oī p̄t ignis.
& sic alia elementa & forme accidētales auge-
ri sicut homo & planta qd̄ est contra pbz sc̄do
de aia. Ad primū dico q̄ si nō sit variatio in
subiecto nec in forma nō erit maior radicatio
plus nūc q̄ prius: tamē possibile est qñ forma
perficit aliqd̄ subiectū & post diu continetur:
ita q̄ nō p̄test ita faciliter deleri post sicut an-
te p̄test saluare illā maiore radicatōem p̄ mo-
tū localē solū: quia illud qd̄ est immediatū subie-
ctū illius forme intimatur pluribus partibus
illius subiecti q̄ prius. Exemplū de incausto
posito super pergamenū magis radicat̄ quan-
do diu fuit sup pergamenū q̄ in principio: q̄a
magis intimat eius partibus. & sic est ibi mo-
tus localis nouis & forte ibi generatur alia q̄
litas intensibilis sicut nullus debet dubitare
quā sint multe qualitates vel q̄titates nō co-
gnoscibiles a nobis nisi per effectus. & hoc po-
sito pater q̄ aliquid generatur de nouo cōser-
uatū qd̄ prius nō fuit: & ideo non p̄test nūc
amoueri sicut prius. Ad aliud de arcu de com-
mentatore patebit post. Ad aliud dico q̄ in
augmentatōe substantie & qualitatis est que-
dam generatio fīm pbm: tamen non simpliciter.
quia non generatio substantie & similit̄ in
augmentatione forme substātialis est gene-
ratio non tamen simpliciter: quia tunc est sim-
pliciter in substantia quādo generatur de no-
vo aliqd̄ individuum p̄ se existens non facies
vñū cum alio. oppositū est in augmentatione
forme substātialis. Ad aliud dico q̄ est fal-
sum q̄ q̄to forma est purior & perfectior tanto
est simplicior. idco assumptum est falsum. Ad
aliud de vnitate acerui dico q̄ idem argumen-
tum est per omnia de vna parte aque addita
alteri & similiter de igne vbi est vna materia
post vniōē partū aque & vna forma numer-
ro et vna qualitas. et propter hoc dico q̄ non*

plus cōpetit partibus illis facere vnū sine extensiōne. Et iō predicta opinio tñ discordat ab opinione quā teneo scz opinio Job. tñ in voce et dicit sibjps: qz qn̄ dicit q̄ nō est integra realitas aut intelligit q̄ nō est vnū individualiū aliqd siue totū nō faciens vnū cū forma priori: s̄ est p se distinctū. et sic non discordat ab alia opinione: qz alia opinio nō pōit b̄: aut intelligit q̄ nō est eiusdē rōis cū forma priori faciēs vnū cū ea: et tūc dicit sibjpi. p̄ bat: qz oē cōpositū ex prib̄ realiter distinctis siue realib̄ distinctis aut cōponit ex prib̄ eiusdē rōis aut alterius: s̄ illud est vnū tale cōpositū post augmētatiōem. igit t̄c. si ille partes sint alterius rōis: tūc vna erit potentia et alia erit actus: et erit vna cōpositio sicut in genere substātie. qd ipē negat. si eiusdē rōis igit non discordat a priori opinione: qz qn̄ aliqd cōponitur ex pribus eiusdē rōis qliber pars recipit pdicatōem illius spēi sicut totū: sicut ql̄ b̄ p̄ aq̄ est aqua et qliber pars aq̄ est vnū individualiū existēs p se in gñe sicut tota. et ita est p se in gñe qn̄ est pars sicut qn̄ est p se. vn dicere q̄ est in generē p se qn̄ est p se et p reductōe qn̄ ē p̄ nibil valer: qz idē manens idē s̄ semel sit in gñe p se semp dū manet est p se in gñe siue sit totū siue sit pars: qz esse p se in gñe nō est partē existere nec esse p se totū quoddā: s̄ est esse illud a quo cōceptus gñis pōt abstrabi: et de quo pōt predicari et b̄ p̄ saluari siue sit totū siue p̄: et eodē modo de albedine. Si dicas q̄ vnū individualiū p se in gñe nō pōt cōponi ex pluribus existētibus p se in gñe. Rñdeo. verū est ex pluribus totāliter distinctis nō facientib̄ p se vnū: s̄ si faciant p se vnū et sint eiusdē rōis tunc est falsus et ita pōt cōceptus gñis abstrabi et pdicari de toto cōposito ex illis pluribus individualiūs sicut de quolibet p se. Item dicit q̄ illa realitas adueniēs nō pōt fieri p se a deo: qz qn̄ aliqd sunt eiusdē rōis si vnū est factibile p se pōre tiā diuinā et aliud: s̄ iste realitates sunt bmoi: et pma est factibilis p se sine alia. tñ p deū s̄ nō p naturā. igit deus pōt facere scđam sine prima. Ideo illa realitas adueniēs pōt cē pfectior i duplo q̄ precedēs: qz pōt augeri in duplo. et p̄ p̄s pōt illud additū bie partē duplicatam respectu formē pcedentis: et sunt eiusdē rōis cuz pcedenti. igit si pma q̄ est imperfectior pōt p se esse sine scđa: multo magis scđa pōt esse sine prima. Ideo qn̄ aliqua factibilia coenunt et differunt equaliter inter se si vnū est factibile p se et aliud: s̄ sic est de ista realitate respectu pcedentis: qz equaliter coenunt et differunt et prima est factibilis sine scđa. igit eodem modo eōverso. Ideo dicit q̄ ista realitas non est intelligi

gibilis p se: s̄ cointelligibilis: qz qn̄ aliqd sunt eiusdē rōis si vnū est intelligibile intuitiue et reliquū: s̄ realitas adueniēs et precedens sunt bmoi et pcedens pōt intelligi intuitiue: qz angelus pōt intelligere caritatē pexistente intuitiue. et s̄ illi b̄ pōt intelligere albedinē genera tā de nouo intuitiue igit et eodem modo et alia ad dīctā. et p̄ p̄s nō est cointelligibilis s̄ per se intelligibilis. Ideo dicit q̄ realitas adueniēs est ip̄cibilis a precedēte: et iō non pōt intelligi s̄ cointelligi: qz accēns pōt intelligi intuitiue sine subiecto: qz p̄ separari a subiecto p̄z in eucharistia: et sicut intelligit intuitiue sine subiecto: eodem modo realitas adueniens pōt intelligi sine pcedente. Item vnūqđs sicut se b̄ ad entitatem: ita ad intellectōem: s̄ hec realitas est entitas distincta absoluta realiter a pcedenti: p̄z qz hec realitas nō est illa nūc semper posita cōstantia. sequitur b̄ non est b̄. q̄ b̄ distinguunt ab hoc. igit pōt sic intelligi. Ideo non min̄ repugnat entitati distincte intelligi ab intellectu q̄ videri ab oculo corporali: qz quicq̄d pōt potēta inferior et superior: s̄ oculus corporalis pōt videre albedinē nō videndo substantiam nisi p accidens sicut dyane filius videt p accēns: qz est subiectū illius qd̄ videt p se. Unū albedo esset in q̄titate sine substātie sic in eucharistia adhuc pōt videri oculo corporali quare igit nō pōt intelligi sine subiecto. Item ip̄cibilitas nō ipedit qn̄ vnū p̄ intelligi sine alio: aut eōverso. qz si sic hoc nō esset nisi q̄ illa realitas vnū fuit cū precedēte in forma extensa sicut in nō extensa puta in albedine: sed nō obstante talī vnitate et idētitate pōt vna p̄ albedinis in vna pte superficii intuitiue intelligi ab intellectu nostro nō intellectu alia pte sicut p̄z ad sensum. igit eodem modo non obstante illa ip̄cibilitate in forma non extensa puta in caritate p̄ intellectus angelicus intelligere vna partē aduenientē nō intelligēdo pcedētē. Ideo teneo opinionē quā p̄s tenui quaz iste tenet l̄z etā improbat q̄ sunt due realitates eiusdē rōnis facientes p se vnu quarūna pōt p se esse et intelligi sine altera et c̄. Si dicas q̄ ista distictio nō intelligit nisi p̄ argumētatiōe dico q̄l̄z de facto non p̄ p̄cipi nec discerni distictio illarū realitatū nisi p̄ argumētatiōe: tū de p̄ facere q̄ vna realitas intuitiue videatur sine alia. Ad rōem alteriō opinionis ad primā de. iiiij. p̄fisicoꝝ caplo de vacuo dico q̄ q̄tū ad aliqd est sile de augmētatiōe qualitat̄ et q̄titatis: et q̄tū ad aliud est dissile dissile ē in b̄: qz naturaliter p̄ augmētarōnem p̄nt due partes q̄titatis p̄ficer subiectū oīo idē siue ille partes sint extēse sicut albedo siue nō: sicut

Resolutio doc.

Ad primā rōem
alteriō opinionis

Questio

charitas. sed plures pres q̄titatis nō possunt pficere idē subiectū: oīno naturaliē dico: licet per potentia diuinā possent: s̄ in hoc est simile fīm intellectū p̄metatoris. q̄ sicut in augmētationē q̄titatis aiator̄ vel inaiator̄ nō adueniunt qualitates sive q̄titates extrinsece p̄mo existentes p̄ se & post additare alteri q̄titati. sed q̄titas que p̄ius fuit in potētia nūc est in actu faciēs vnu cū p̄cedente. sic est in augmētationē qualitatis q̄ nō aduenit calo: extrinsec⁹ p̄mo existentes p̄ se & post additus alteri. s̄ calo: qui p̄ius fuit in potētia nūc est in actu et facit vnu cū p̄cedente. tñ in augmētationē aiator̄: licet materia p̄existens vniatur materie rei augmentande. tñ forma substātialis generat de nouo & nō q̄titas. similē & eodem modo in augmētationē elemētor̄. tñ dicit p̄metator. q̄to phisicor̄ caplo de vacuo p̄meto. lxxiiii. sic. Sicut dicim⁹ q̄ materia venit de hac caliditate determinata ad maiore caliditatē nullis p̄tibus calidis in actu aduenientibus. sc̄ corporibus calidis. s̄ trāsferē ad maiore calorē ex intēsione ipius q̄litatis. s̄ illa materia trāsferē de minori q̄titate in maiore: nulla q̄titate in actu adueniente. & post dicamus q̄ additio caloris agētis in calorē nō est fīm additionē partis in toto & vñ p̄tis materie in materiā. s̄ fīm additionē agētis in patiēs. s̄. q̄n calo: agētis vigorabit crescer calo: patiētis. nō b̄z additio nē p̄tiz aliax extrinsecarū: cū ad passionē nō trāsferatur aliqua pars a voluntate agere. Et istis p̄tis. q̄ cōmentator̄ est pro me. Si dicas q̄ generatio nō largi multitudinē r̄c. Dico verū est. quia eadē pars qualitatis & q̄titatis que p̄ius fuit in potētia nūc est in actu. sed cū hoc stat q̄ facit vnu cū p̄cedente. Et eodem modo dico ad illud de maiori curvitate in libra vel arcu. & sic p̄t dici ad oēs auctoritates cōmētarior̄. Ad aliud dico. q̄ illud argumentū equalitē cōcludit cōtra eū sicut cōtra me: et reducatur p̄tra eū eo modo quo facit argumentū q̄ nō sunt idē fīm se totū inter se nec vnu sicut materia & forma. sic dico q̄ eo mō quo faciunt vnu se totis faciūt vnu: sicut materia & forma se totis p̄currūt ad faciendū vnu & idem. tñ nō faciūt vnu cōtinuatiue. q̄r̄. cōtinuatio notat distinctionē fīm sicut & locū qualis est in p̄posito. Si dicas q̄ caritas est q̄titas fīm te. q̄r̄. v̄. metba. q̄tum est q̄d est diuisibile in plura eiusdem r̄onis: quoq̄ quodlibet est hoc aliqd. & sic est de caritate p̄te te. Dico q̄ idē argumentū est cōtra te de realitatib⁹ tuis. idō dico q̄ q̄titas p̄t accipi large. et sic oē diuisibile in plus: quoq̄ quodlibet est individuū aliqd illius spēciei est q̄tum. & sic albedo & charitas est q̄ta.

VI

Alio modo capiēt stricte pro om̄i q̄d diuidit in plura eiusdem r̄onis: quoq̄ qdlibet est aliquod in diuiduū distinctū loco & situ fīm naturā suā. et sic charitas nec albedo ē q̄titas seu q̄ta. Ad aliud de omogenijs nego assumptū. q̄ pres forme substātialis et similē materie sunt eiusdem r̄onis & p̄t fieri sine oī extēsione: salte p̄ potētiā diuinā: & facere vnu p̄ se sine omni cōtinuatione. Ad aliud de infinitate vni⁹ albedinis in vna albedine illud est cōtra seip̄m & contra om̄es. Unde dico q̄ sunt infinite sic q̄ nō tot q̄n plures q̄n se totis faciunt vnu. Ad aliud q̄n querit de vnitate illius forme idē argumētū p̄ oīa est cōtra te. idō dico q̄ ille pres faciunt vnu vnitate omogeneitatis: sic due pres aque q̄r̄ totū. & per p̄ns sunt eiusdem r̄ois & pres vnu tur in toto: sicut materia et forma in cōposito. ppter q̄d in illis vnu nō habet r̄oēm potētie et aliud actus sicut in cōposito de genere substātie. Ad aliud dico q̄ idividua eiusdem r̄ois sunt sūllima: tñ aliqua magis p̄prie q̄ alia. Nā aliqua sunt idividua eiusdem r̄ois q̄ nō p̄nt facere vnu idividuū: sicut due aīe & duo angeli aliqua sunt idividua que bene p̄nt facere vnu sicut due aque duo alba. Individua primi modi sunt sūllima equalitē: & in illisimib⁹ p̄t esse simile vni: qn sit simile alteri. sicut p̄t de duab⁹ aiabus intellectuiis & a talibus sicut p̄t dixi cōceptus abstractus equalitē respicit vnu idividuū & aliud. sed loquēdo de idividuis sedī modi. tñc p̄t vnu idividuū ēē pfectius alio. & ita nō sunt sūllima: ita q̄ sint eque pfecta. sed sic sunt sūllima q̄ nō p̄t aliqd accipi i vno cui nō est aliqd eiusdem r̄ois cū illo sūllimuz in altero. tñ licer vna albedo sit pfectior alia. tñ albedo pfectior p̄t dividit illa plura: quoq̄ qdlibet est sūllimuz albedini imperfecte. Et hec sūllitudo vel p̄ma necessario requirit ad hoc q̄ alia sunt eiusdem r̄onis. et idō idividua in quib⁹ sunt aliqua sūllima essentialitē & aliqua dissimilitā nō sunt eiusdem spēi. pura in homine & asino est materia eiusdem r̄onis. s̄ forme sunt dissimiles. igif r̄c. Ad aliud dico. q̄ substātia nō sufficit magis & minus sicut qualitas. q̄r̄. licet beat multas pres eiusdem r̄onis. tñ naturaliter non haber multas pres nisi loco & situ distingras. qualitas vero p̄t recipere magis et minus. quia eius pres nō distinguitur loco & situ quia possunt esse in eadē p̄te oīno. idō possunt recipere magis & min⁹. nō aut substātia. Ad aliud dico de raro & denso q̄d potest dici sicut prius dictū est de augmētationē q̄titatis & q̄litatis. sc̄ q̄ in rarefactione maneat oēs pres substātiales eedē que prius fuerunt. sed pres q̄titas adueniunt de nouo remaniēte q̄titate

Ad tertiam

Ad quartā

Ad quīntam

Ad q̄tū dubius.

Pro scđo dicitur

B Proterio

AB

precedente. nō qđe ab extrinseco sed ab intrinseco: qz quātitates qđ prius fuerūt in potentia modo facta rarefactae sunt iactu. eodem modo quando de denso fit raru perduntur et corrūpuntur aliq[ue] partes quātitatis qđ prius fuerūt in raro. sed partes substanciales remanēt eedē qđ prius. Hec r̄n̄sio est impossibilis: qz accipio acrē vnius pedis rarefactat nunc totū istud corporis suppono tūc duo vnu est qđ due quātitates nō possunt p̄ficer naturaliter eadē partē corporis siue idē subiectū. Aliud ē qđ q̄libet pars rara est rara: et q̄libet pars densa ex qz sunt corpora omogenia: tūc sic per te in rarefactione aeris manet materia eadē et forma sub stantialis eadē et quātitas qđ prius fuit manet eadē. sed recipit tunc nouos gradus quātitatis. quero tūc de illa parte quātitatis adueniente de nouo in quo recipit subiectum aut in aere aut in aliquo alio. nō scđo mō: qz tunc nō fieret rario aer. Si in aere: tūc materia illa recipiens illā quātitatē de nouo fuit prius informata alia quātitate persistente aut non. si sic et pte illa quātitas nō corrūpitur i adūtu noue. igif tur illa pars fuit informata sīl duabus quātitatibus: qz quātitate p̄existēt et aduenientē. qđ ē cōtra vnu suppositū et cōtra veritatē. Si scđo modo: tunc sequuntur duo incōueniētia. primum qz aliqua materia pōt existere naturaliter sub forma sine quātitate. scđm qz non q̄libet pars rari est rara. et per hoc qz pars existēs sub quātitate recipit nouā quātitatē nō recipit pars alia informata quātitate p̄existēt aliqd nouū: nec de p̄dit. igif illa pars nō est rario qđ prius. Eodem modo arguo de denso si fiat de raro. si p̄dēla tōem nihil aliud fiat nisi qz corrūpitur aliqua p̄s quātitatē p̄existētis: qz de materia i ista quātitate formata. aut remanet p̄ corruptōez dicte quātitatis sine quātitate. aut non. si sic: tunc sicut prius materia naturaliter manet sine quātitate et sīl alia pars informata quātitate remanente nō esset densior qđ prius. et sic nulla pars densi esset densa. Si scđo modo: tūc quātitas trāsiret de subiecto in subiectū: qz quātitas noua nō induit p̄ ter: igif illa pars de nouo remanēs perficit illā partē materie prius informata p̄ quātitatē iam corrūptā. Ideo aliter p̄ dici vno modo ponendo quātitatē distinctā realitē a substanciali et q̄litati. Alio modo negādo quātitates esse rem distinctā a predictis. primo modo sic. qz quādo de raro fit densum vel eōtra tota quātitas p̄existens corrūpitur et vna noua tota. litter generatur: puta quādo de raro fit densus quātitas maior que prefuit in raro corrūpitur et introducetur quātitas noua. et tunc illud corp̄ dicitur dēsūs: quia habet partes forme et ma-

terie et forme existētes nūc sub maiori quātitate qđ prius. et idō illud est raru cui? p̄tes multū distat: nō qz p̄tes quātitatis plus vel minū distat in raro qz in denso: nec eōtra. nec qz partes quātitatis sunt spissiores in denso et rares in raro. sed qz p̄tes substanciales materie et forme existēt sub minore quātitate in corpore denso et sub maiori in corpore raro. Si queris a quo corrūpitur quātitas: nō per contrariū. qz quātitas rari et densi nō contrariātur: nec p̄ subiectū. quia subiectū semp est idē. Respōsio. dico qz corrūpitur ab inducētē alia quātitatē qzquid sit illud siue substancialia siue quātitas in tali agēte. et necessitas corruptiōis est ppter incōpossibilitatē duarū quātitatū in eadē materia naturaliter. licer forte nō sint incōpossibiles de potētia dei. Aliter pōt dici negādo qualitatē tanq̄ rez distinctā a substanciali et q̄litate. et pōt dici qz materia habet p̄priā extēsionē nēz nō differētē ab ea aliquo mo et forma sīl et tūc qz corpus dicitur raru: qn̄ iste due p̄tes materie et forme coexistunt maiori loco: et densum qn̄ edē p̄tes coexistunt minori loco. ita qz i corpore dēsūs qn̄ fit raru nihil positū recipit. sed est corpus talis nature qz ad p̄sentiā alicuius agētis rarefacientis possunt res tā materie et forme coexistere maiori loco siue corpori circūstanti. et densum est talis nature. qz ad p̄sentiā alicuius agētis p̄tes eius nate sunt coexistere in minori loco: et possunt post coexistere maiori sine quoctū positino in eo recepto vel dep̄ditio. Sed hec est difficultas cōis om̄i motui locali. qz in motu locali corpus motu nihil absolutū sibi inherēt acquirit. et sic est i p̄posito. qz qn̄ p̄tes coexistunt maiori loco nō possunt edē coexistere minori sine motu locali nec eōtra. et ideo sicut motu locali pōt esse in aliquo sine om̄i nouo absoluto inherēt. ita iste motu in p̄posito. Sed dubitū est si materia habeat p̄priā extēsionē et formā. quomō iste extēsiones possunt esse simul in eodē: et si iste possunt quare nō quectūz alie. puta duo ligna siue extēsiones duoy hominū esse simul. Nōdeo. ali que extēsiones sunt nate facere vnu p̄ se: et ali que nō. ille de p̄mo possunt simul existere in eodē: cuiusmodi sunt materia et forma qz sunt de scđo mō nō p̄nt cuiusmōi sunt ɔposita p̄fēcta: vt hō asin' et c. Ad aliud dico. qz maior est

Z
Pro scđo quinti
dubij

Questio

dependētia partii in augmentatiōe aiator. q̄ i
aiator. nā in aiata sic augmētāt q̄ nulla p̄
depēdet ab alia i essendo quin si eet separata p̄t
manere sīc qn̄ est vnta. Exemplū de igne. ignis
em̄ sic augeſ q̄ ps augmētans si separeſ: ita ē
ignis sicut qn̄ est in toto: t̄ ita diu p̄t manere
s̄ in augmētarde aiator. est maior depēdentia
q̄ ps separata a toto t̄ nō est eiusdē rōnis cū se
ip̄a qn̄ fuit vnta: s̄ est alteri ſp̄i. Exemplū. ma
nus abſcisa nō est eiusdē ſp̄i cū manu in boie
t̄ b̄ p̄t esse dia t̄ multe alie t̄c. Questio. vii.

² Questio VII

Prima ratio

Secunda

Tertia

Quarta
Confirmatio

Quinta

Sexta

Septima
Octava

Trum sit ponere statū in formis. Et dicis a multis q̄
sic: q̄ xps habuit summā grāz facti
bilē a deo. Ista cōclusio pbaf multipliciter.
primo sic accipiat forma in aliquo gradu: pu
ta in a: aut ḡ ascendēdo est dare grām ultra a
in infinitū aut nō. si nō babet ppositum. si sic
tūc erit dare aliā grām excedentē a in pfectio
ne in infinitū. pbaf: q̄ oēm pfectiōem pfecti
bilē a deo q̄ deus videt vnicō actu p̄t de fac
cere in effectu: s̄ data ypothesi deus videt ali
quā grām excedentem in infinitū: q̄ videt oē
factibile vnicō ituitu. ḡ p̄t facere aliā pfecti
orē a in infinitum. s̄ nibil est tale nūl solus ip̄e
iḡt t̄c. Itē ex isto tenet ratio phi. iiij. phisico
rū vbi dicit q̄ ḡtū cōuenit esse in potētia tan
tū cōuenit dare in actu: q̄ itur ad formā. q̄re
Job. Itē h̄ est vera. deus t̄m p̄t creare ḡtuz
post creare ponit in esse. t̄ tūc h̄ erit vera deus
creat ḡtuz p̄t creare: s̄ p̄te creare p̄t infinitū t̄c.
Itē. viij. phisicoꝝ motus rectus nō est
p̄tinuſ in infinitū: s̄ t̄m circularis. Luius ra
tio est: q̄ motus rectus h̄ terminū a quo t̄ ter
minū ad quē inter quos nō p̄t esse motū infinitū:
s̄ augmētatio forme ē motus rectus: q̄a nō
reddid̄ ſup̄ aliquā partē preacceptā ſicut i mo
tu circulari. iḡt. Itē natura nō icipit moue
re ad illud ad qd̄ non p̄t attingere: s̄ data ypo
thesi nō p̄t attingere terminū motū. iḡt t̄c.
Itē qn̄ est potentia ad aliqua plura ita q̄ ad
vnū ſemp̄ mediāte alio ibi nō est status. p̄t in
diuſiōe cōtinui vbi mediāte vna diuſiōe ē ſp̄
potētia ad aliā diuſiōē. ſilr i nūeris vbi me
diāte miou nūero ē ſp̄ potētia ad maiore. Sed
qn̄ est potētia ad aliq̄ plura immedia: t̄ nō me
diātib̄ alijs ibi est statū. Exemplū. de p̄t imedi
ate ḡtitatē vnius pedis creare: vñ mille quoꝝ
nullū ſacit mediāte alio. t̄o ibi est statū. s̄ in au
gmetarē forme est potētia i ſubiecto immedia
te ad quēlibet gradū. iḡt t̄c. Itē pcessus ba
bes ſinē t̄ cōplētū nō est i infinitū: s̄ augmē
tatio est bmoi. iḡt t̄c. Itē cōmētator. iiij. phi
licoꝝ. pcessus in infinitū est ad potentia nō ad

actū. ſiſte pcessus est ad actū. Itē actū cha
ritatis nō cōtrō est finitus. iḡt t̄c. Itē ſiſte
batur. q̄ pcessus ad delectationē in infinitū
est pcessus ad esse deū. ſi natura nō pcedit ad
esse deū. q̄ nō conat ad ipossible. iḡt t̄c. Itē
nullus pcessus est pſſibilis ad aliquā formaz
qua adepta eſſet illa forma extra ſpēm ſuā. ſed
posito illo actu infinito dilectiōis eſſet ex ſpe
ciē dilectiōis creature. iḡt t̄c. t̄ hoc p̄t: quia
nullus actus p̄t esse infinitus. Itē nō t̄m eſſt
de diligibilis a nobis q̄tum a ſe. p̄t. ſi ſe di
ligibilis eſſt in infinitū. ergo a nobis t̄m finire

Nona.

Decima.

Undecima.

Itē ois actus voluntatis eſſt in p̄tē noſtra
ſed ſi voluntas p̄t habere caritatē infinitā t̄
actū dilectiōis infinitū: cū ille ſit in p̄tē ei
sequit q̄ volūtas eius ſit infinita. Scđm iſtā
viā p̄t. q̄ aia xp̄i habuit ſummā gratiā possi
bilē. pbatur. q̄oē ſubiectū receptiū accide
tis p̄tingētis babētis gradū: ſi nō deteriat ſi
bi certū gradū ſacit recipere accidēt ſi m
oēm gradū. ſed aia xp̄i eſſt bmoi. iḡt t̄c. Itē
ſi actiū ſit eiusdē rōis t̄ passiū: ſilr ſi actiū
p̄t agere in vnū paſſiū t̄ in q̄libet. Exemplū
de calefactiōe t̄ calefactibili. iḡt ſi caritas ali
qua p̄t recipi in aia xp̄i. t̄ q̄libet marime cuž
ſit ſtatus. Itē aliter xps habuifſet actus me
ritorios t̄ meruiffet charitatis augmentatiōe
nō t̄m quo ad nos: ſi in ſe. qd̄ eſſt p̄tra magistrū
ſniarum t̄ om̄es doctores ſcrōs. Itē pro p̄ori
p̄clusione arguit adhuc. q̄ ſcđo de aia oīm na
tura cōſtantū determinata eſſt rō augmentēt
et magnitudinis. iḡt in pproposito. Itē oēm p̄f
ectionē quā deus p̄t facere ſuccēſſive: p̄t fa
cere ſimul. ergo ſi p̄t facere charitatē infinitā
ſuccēſſive p̄ te: p̄t facere ſimul. Assumptū
p̄t. q̄ nō cadit impēdimentū ex p̄te dei. q̄ eſſt
oipotens: nec ex p̄te recipiētis. q̄ aia xp̄i p̄t
recipe quēcunq̄ gradū: nec ex p̄te charitatis
certū eſſt. iḡt t̄c. Itē deus cognoscit oēs res
factibiles p̄ ydeas. q̄ cognoscit charitatē infi
nitā factibile ab eo per ydeas. t̄ illa charitas
ſic cognita nō eſſt finita p̄ te. iḡt de cognoscit
aliqd̄ eſſe ſinitū. qd̄ eſſt ſini. Lōtra. iſta argu
mēta p̄cludit t̄ de quātitate molis ſicut vir
tutis. q̄ reduco primū argumentū cōtra te eo
dē mō. t̄ p̄cludit. q̄ deus p̄t facere ḡtitatē ita
magnā q̄ nō p̄t facere maiore. et p̄ ſiſ ſacere
igne ita magnū q̄ nō p̄t facere maiore. q̄ oia
ſunt absurdā. Et ſuppono hic duo. Primū eſſt
q̄ nō eſſt dare aliqd̄ idiuindū i aliq̄ ſp̄: qn̄ de
p̄t facere aliud idiusdē ſp̄i. q̄ h̄ nō repugnat
deo nec idiuinduo q̄ ipo nō deſtructo ſerinte
de faciat aliud idiuindū eiusdē ſp̄i. Scđm
eſſt. q̄ qn̄ aliq̄ plura ſunt eiusdē rōis idē qd̄ eſſt
vni ynibile e ynibile alteri eiusdē rōis. Itē

Ad 4

bis supposito pbo primā ppositōem q̄ nō mōris potētis est de⁹ in augēdo q̄ natura: s̄ natu-
ra pōt pducere vnu indiuidū alio eiusdē rō-
nis nō destruncto. igit⁹ de⁹ pōt. pbat assumptū
posito q̄ de⁹ p̄tinaret mot⁹ celestes in infinitū:
tūc pōt natura quolibet die vnu post aliū.
igit⁹ deus b̄ pōt. Si dicas q̄ non pōt pducere
scđm nō destructo pmo. Lōtra. B̄ nō esset nisi
q̄ p̄mū pductū est summū. t̄ p̄mū ipso exīte
no p̄ scđm pduci: s̄ istud non ipedit: q̄ rex isto
sequit⁹ q̄ nullus b̄ grām nisi aia xp̄i. tenet: q̄a
b̄ grām in sumo p̄ te. t̄ p̄mū stāte illa nō pot
q̄cung⁹ alia pduci. b̄ est p̄ oēs: q̄ nō obstatē q̄
p̄ma forma sit in terio: adhuc pot alia eiusdem
rōis pduci ip̄a pmanēt. Sz dicas q̄ sp̄s nō
est multiplicabilis. t̄ id exīte vno idividuo nō
pot aliud fieri. Lōtra. illud est dcđm p̄bi: vt p̄z
de corporib⁹ celestib⁹ vbi posuit em vnu i vna
sp̄e: s̄ nō est dcđm alicui⁹ theologi: s̄ b̄ illđ simi-
plici⁹ negare. Scđa. ppositio est q̄ si sint duo
idividua eiusdē rōnis si vnu est vnbile alicui
eiusdē rōnis t̄ alterū esset vnbile eidez: q̄ q̄
aliq̄ plura eiusdē rōnis p̄tinent⁹ sub aliquo cor-
pore q̄cqd copetivni individuo pot copetere
cōsile om̄i individuo eiusdē rōnis: t̄ qđ formas
liter repugnat vni repugnat oī. p̄z: si em cali-
dū nō repugnat vni boi nec alti. id si sint plus
ra idividua eiusdē rōis: t̄ vnu est vnbile alti-
cui: alind est vnbile eidez. Ex istis p̄z q̄ deus
nō pot facere tot idividua eiusdē rōnis nata
facere vnu q̄n pot facere plura p̄mis existenti
bus puta q̄titates ignes. formas naturales t̄
accidētales vel grās fm̄ primā suppositōem t̄
p̄ scđam q̄cqd est vnbile vni t̄ alteri. igit⁹ non
pot tot aquas vnire q̄n plures. t̄ p̄mū pot fa-
cere aliquā q̄titatē maiore oī data t̄ aquam t̄
ignē t̄ oī talia tā substālia vnbilia q̄ acci-
dētales. Itē accipio centū aquas t̄ accipio q̄
illud sit summū qđ pot deus facere in illa sp̄e
t̄ pot illas aquas vnire. q̄o tūc an p̄t vnu alia
parua aquā aut nō p̄t se dico si nō illđ apparet
p̄ fidē t̄ ē dcđm p̄bi: q̄ p̄bs pot q̄ tota materia
prima q̄ pot creari creata est: id deus fm̄ illum
inbil pot plus facere sub materia q̄ nūc sit fas-
cēt. t̄ istud plane est p̄ fidē. si sic: tūc illa pot al-
teri vni fm̄ scđam suppositōez. t̄ sicut argui-
tur de ista ita argui⁹ de alia in infinitū. Id di-
co q̄ nō est stat⁹ in augmētātē forme. Distin-
guo tūc de augmētātē: q̄ qđā est fm̄ extēsōez
qdā fm̄ intēsōē. pmo mo pot forma tam sub
stantialis q̄ accidētalis augmētari in infinitū.
sicut p̄z de aqua t̄ igne t̄ alijs elemētis. t̄ est
augmētatio fm̄ extēsōē q̄n auge⁹ forma vna
tm̄ in diuersis p̄tib⁹ materie. sicut q̄n ignis au-
ge⁹ sicut est augmētatio t̄ additō forme ignis

modo predicto. Ita est ibi noua additō noue
materie. t̄ talis augmētatio est in aqua q̄n ad-
ditur aque t̄ vocatur augmētatio fm̄ extēsōē.
Augmētatio intēsua est q̄n auge⁹ forma i
eadē pte materie sicut caritas in aia t̄ albedo
in eadē parte supficiet. Loquendo de augmenta-
tione intēsua pot forma accidētalis babēs
plures partes eiusdē rōnis q̄tū est ex se auge-
ri i infinitū: licet forte sit impedimentū a par-
te subiecti: s̄ fm̄ istam viam pot dici q̄xps ba-
buit pfectissimā t̄ summā gratiā de potentia
dei ordinata non absoluta: sicut p̄z ex dictis.
Si dicas q̄ xps nō recepit ad mensurā grām:
t̄ beatavirgo fuit plena gratia: t̄ stephan⁹ fuit
plenus gratia t̄ fortitudine. Dico q̄ iste no-
te plena t̄c. aliquā accipiunt p̄ lufficentia ali-
quādo p̄ copia: aliquā p̄ plenitudine de dei po-
tentia ordinata nō tñ absoluta. t̄ sic in xp̄o fuit
plenitudo gratie: q̄ quāta potuit esse de potē-
tia dei ordinata. Lui tñ nō placet iste modus
dicēdi ppter reuerentiā xp̄i pot aliter dicere
q̄ sicut subiectū deter minat sibi certas qualis-
tates t̄ passiones quarū opposita nō possunt re-
cipere mediante subiecto. sic q̄libet aia t̄ qđli-
ber subiectū determinat sibi certū gradū ultra
quē nō pot aliū recipere pfectiōem stante na-
tura subiecti. Et tunc formā babere gradum
pot duplicitē intelligi. uno mō in se ita q̄ sibi re-
pugnat babere graduz vltiorē. t̄ sic natura
babens partes eiusdē rōnis non habet gradū
summū. Alio modo q̄ habet summū i tali sub-
iecto: q̄ subiectū determinat sibi certū gradū
ultra quē nibil pot recipere: sic pot habere sū-
mū ira q̄ de potētia sua absoluta nō pot in ea-
li subiecto facere gradū vltiorē: l̄z pot i alio
subiecto. t̄ sic pot cōcedi q̄ aia xp̄i babuit tan-
tā gratiā quantā deus potuit ei pferre de po-
tentia sua absoluta: q̄ tantā sibi cōculit quan-
tā recipere potuit. t̄ sic habuit summā possibi-
lē de potentia dei absoluta. t̄ cū hoc sc̄z q̄ es-
set aliqd subiectū capax maioris grē q̄n deus
pot sibi maiore cōferre. t̄ credo q̄ nō est aliqd
subiectū sic informatū p̄ qđcūq̄ accīns augmē-
tabile q̄n deus pot illud accīns adhuc augere.

E
Ad primā in op-
positum.

Tru aliquis possit habere actum rectum et virtutum respectu alicuius obiecti respectu cuius est error in intellectu: videtur quod non quia ille actus voluntatis elicetur conformiter iudicio intellectus erroneo aut disformiter. Si primo modo. Contra. illud iudicium iudicat oppositus illius. Divina voluntas vult sicut intellectus deceptus iudicat quod alicui putata est subueniendum tanquam indigentem extremam necessitatem: cui tamen finis voluntate diuinam non est sic subueniendum: quia non sic indigeret. et per conscientiam quens talis meretur faciendo contra voluntatem diuinam. si secundo modo. igitur aliquis meretur faciendo contra conscientiam. quod videtur falsum et inconveniens. Ad questionem primo sciendum est quod ad hoc quod actus rectus primo elicatur a voluntate necessario requiritur aliqua recta ratio in intellectu. hoc pater per rationes et auctoritates. per rationem: quia illa voluntas que potest quantum est de se bene agere et male. quia de se non est recta necessario ad hoc quod recte agat indiget aliqua regula dirigente alia a se. hoc patet. quia ideo voluntas diuina non indiget aliquo dirigente. quia illa est prima regula directiva et non potest male agere. sed voluntas nostra est huiusmodi. quia potest recte et non recte agere. igitur indiget aliqua ratio dirigente. Per auctoritatem patet per diffinitio nem virtutis. h. ethicorum. quod virtus est habitus electius consistens in medio determinata ratione et cetero. Et multe aliae auctoritates sunt ad hunc quod non potest esse actus rectus et virtuosus nisi habeat rationes rectas. hoc igitur supposito tanquam certo quod actus rectus est virtuosus voluntatis necessario conformatur actui prudentie. Tunc est dubium. verum ad actu virtuosum sufficit conformitas ad prudentias habitualiter vel aptitudinem. vel requiritur necessario conformitas ad

B
Circa questionem

prudentiam actualiter inherenter quanto elicetur actus rectus in voluntate. Respondeo primo dico quod prudentia aptitudinalis non sufficit ad actu virtuosum: quod supposito quod conformitas ad prudentiam aptitudinalē non est aliud nisi quod ipem actus dicatur rectus quando citetur sicut recta ratio dicitur illū actu esse eiendū si inesset: licet modo non insit de facto ita quod prudentia aptitudinalis non est nisi potentia sive aptitudo ante actu ad habendum prudentiam. Tunc arguo sic. Impossibile est quod aliquis actus voluntatis elicitus contra conscientiam et contra dictam rationis sive rectum sive erroneum sit virtuosus. pater de conscientia recta: quia talis eliceretur contra preceptum diuinum et voluntatem diuinam volentem talem actum elicere conformiter rationi recte. de conscientiam erronea errore inuincibili. patet: quia talis error non est culpabilis pro eo quod non est in potestate errantis sic faciendo contra rationem errore nequa nescis erroneam: nec est in potestate tua hoc scire quod facis contra conscientiam erroneam. De conscientia erronea vincibili. patet: quia licet error sit culpabilis: tamen ex quo tu ignoras te errare faciendo contra ralem rationem contempsis rationem quam nescis erroneam. et sic peccas ex contemptu: sed aliquis potest velle aliquid quod recta ratio dicitur esse volendum si inesset sibi. et tamen ratione erroneous inuincibili sine vincibili de facto dicitur illud esse non volendum et oppositum eius esse volendum. Exemplum. aliquis indiget extrema necessitate: ita et per consequens recta ratio si inesset alicui potenti dicitur quod tali esset subueniendum tanquam indigentem extremam necessitatem: sed ratio errans errore inuincibili potest iudicare quod talis non est sic indigens. et per consequens potest iudicare quod tali tanquam sic indigentem non est sic subueniendum. potest voluntas ex libertate sua velle sibi subvenire tanquam sic indigentem. et finis veritatem sic indiget quantum ratio erronea iudicet oppositum igitur ille actus voluntatis non est virtuosus sed peccatum mortale. et sic si ille actus virtuosus esset solum propter conformitatem ad prudentiam aptitudinalē aliquo simul et semel codice actu peccaret mortaliter mereretur. Si dicatur quod conformitas ad prudentiam aptitudinalē sufficit ad actu virtuosum quanto non inest voluntati error oppositus illi prudentie. Extra istud non est nisi fuga: quia equaliter est aptitudo ad prudentiam in intellectu quanto in est error: oppositus illi prudentie sicut quanto non inest. hoc excepto quod non ita faciliter reducitur ad actu illa aptitudo quanto est error in intellectu sicut quanto non inest talis error: quia quod

est talis error: pmo oportet illū errorem corrūpi & postea prudentiā ex actib⁹ generari. qn autē nō est talis error: tunc sufficit generatio prudentiē ad cuius conformitatē potest fieri actus ille virtuosus: sed quicquid sit nō videtur aliquid esse in intellectu quād⁹ est negatio rā prudentiē q̄ habitus erroneous: ad cuius conformitatē actus voluntatis potest fieri virtuosus q̄ quād⁹ est in intellectu error habitualis op̄ positus illi prudētiē. Scđo dico q̄ cōformitas actus voluntatis ad pudētiā habitualē nō sufficit ad actuū virtuosum. qđ pater: quia sicut dictū est habitus ymus nūq̄ inclinat ad actuū alterius habitus causando vel regulādo vel quōcūq̄ nisi mediāte actu proprio ad quē primo inclinat. pater de habitu principi⁹ qui nunq̄ inclinat ad actuū cōclusionis nisi mediāte actu respectu illius principi⁹ ad quē primo inclinat. totū istud pater per experiētiā: quia si sit solus habitus principi⁹ in intellectu & nō eliciatur aliquis actus respectu illius principi⁹ nō plus faceret habitus ad sciendū cōclusionē q̄ si nō esset talis habitus in intellectu. cā igitur de ratō prudentiē sit regulare actū voluntatis: quia est recta ratio agibiliū: impossibile est q̄ reguletur habitus quicquid in intellectu nisi mediāte actu suo non plus q̄ si talis habitus nō esset in intellectu. igitur prudentiā habitualis nō sufficit ad actuū rectū: sed necessario requiri prudētiā actualis. Prēterea impossibile est q̄ de actu nō virtuoso vel demeritorio fiat virtuosus per aliquid mere naturale: qđ nullo modo est in potestate nostra: s̄ posito q̄ cōformitas ad prudentiā habitualē sufficeret ad actuū virtuosum supposito q̄ elicere tur debito modo s̄m oēs circūstātias. excepto q̄ nō inesset talis ratio habitualis. ille actus primo nō est perfecte virtuosus: q̄ deficit conformitas ad prudentiā habitualē: sed si post generetur prudētiā habitualis stante eodem actu in voluntate: tūc diceretur ille idēz actus perfecte virtuosus: quia prius ad perfectā virtutē nō deficit nisi cōformitas ad ratioēm habitualē. t iam habet illa cōformitas per generatiōem prudētiē. igitur sequitur q̄ ille actus qui primo nō fuit virtuosus propter defectum illius: iam est virtuosus generato illo habitu cum igitur generatio illius prudētiē sit mere naturalis: t nullo modo in potestate nostra se quitur t̄c. similiter sequit̄ q̄ de actu virtuoso sit nō virtuosus per corruptōem alicuius mere naturalis puta per corruptionem illi⁹ prudētiē habitualis: si stante semp eodem actu & voluntate corrupti⁹ habitus prudētiē. t per cōsequens cōformitas actus voluntatis ad pri-

dētiā habitualē nō sufficit ad perfectam res cititudinē in actu. Tertio dico q̄ ad rectitudinē actus voluntatis requiri prudētiā actualis actualiter imberens illi cuius est talis actū reetus. hoc patet q̄ s̄m oēs ad actuū virtuosum alii qua prudētiā requiri necessario: sed nec aptitudinalis nec habitualis sufficiunt. igit̄ necessario requiri prudētiā actualis. Sed q̄ prudētiā actualis necessario requiritur potest duplīciter intelligi. uno modo q̄ primo eliciatur aliquis actus voluntatis s̄m om̄es circūstātias requisitas ad actuū virtuosum. excepta prudētiā sine recta ratō: t q̄ post manente eodē actu i volūtate precise & nullo alio elicto per generatiōem prudētiē fiat iste actus qui prius nō fuit virtuosus propter defectū prudētiē fiat inquā virtuosus p̄ generatiōem prudētiē quo modo ponit Job. in primo in materia de caritate: t in quotlibet. t iste intellectus est iposibilis. qđ probatur in questiōe de cōnexiōe virtutū. q̄ hoc dato nullus actus esset intrinsece & necessario virtuosus: sed solū contingēt ex erinsece: quia per generatiōem prudētiē fieret ille actus virtuosus: t per corruptōem eius fieret viciosus semper manēt eodē actu in voluntate. q̄re ibi. Alio modo potest intelligi q̄ requiritur prudētiā tanq̄ obiectū partiale & causa efficiens partialis i p̄ius actus virtuosi. t per cōsequens nihil oportet q̄ prudētiā precedat illū actuū virtuosum cuius ratio est sicut causa effectum vel saltem q̄ simul producatur cum illo actu simul dico tēpore: licet de facto natura sit prior: illo actu virtuoso: quia potest separari ab eo & nō econuerso. t iste intellectus est bonus verus & sanus. Si dicas q̄ eodē modo potest dici q̄ prudētiā habitualis non sequitur actuū virtuosum: t facit de nō virtuoso virtuosum: sicut prius probatuz est: t q̄ precedit actuū voluntatis vel tempore vel natura sicut obiectū partiale & partialis causa i p̄ius actus virtuosi. t per cōsequēs nō probatur sufficiēter q̄ requiritur prudētiā actualis ad actuū virtuosum: quia s̄m istā viā sufficit prudētiā habitualis. Respōdeo. licet prima ratio prius facta potest evacuari per istā respōsionē. non tā mē scđa ratio: q̄ nunq̄ habitus aliquis inclinat quōcūq̄ ad actuū alterius habitus nisi mediāte actu habitus ad quē primo & pprie inclinat. t per cōsequēs si prudētiā habitualis inclinat ad actuū virtuosum voluntatis. hoc erit necessario per actuū prudētiē: q̄ aliter nō plus cauſaret nec regularet actuū voluntatis q̄ si non esset talis habitus in intellectu.

Si dicas. q̄ ponēdo prudētiā actualē in intellectu cuī alijs requisitis nō sufficit ad recti-

Obicitur primo

Secundo

Ad primum

tudinez actus voluntatis: quia proutcumq; pos-
natur in intellectu talis prudentia actualis po-
test deus suspendere eius activitatez vel sup-
plere eius causalitatez in genere cause efficie-
tis: et sic tunc ille actus non erit virtuosus: quia
elicitur effectus a voluntate: quia non cocur-
rit prudentia sicut causa partialis ad causan-
dum illū actum rectū. **P**terea: quod addu-
citur contra primū modū ponendi prudentiā
actualē nō videtur inconveniens: quia idem
actus nūero potest successiue dici meritorius
et nō meritorius virtuosus et nō virtuosus: qā
si voluntas primo elicit actus meritoriuū perfe-
cte: et post deus suspēdat actionē voluntatis
et ipse deus conseruat totaliter talē actū: talis
actus erit intrinsece virtuosus et meritorius: et
post nō meritorius: quia nullus actus est meri-
torius: et post non meritorius: nisi qui est in po-
testate nostra: sed quādo deus conseruat talē
actum: tunc nō est in potestate nostra: et p con-
sequēs nō videtur inconveniens q; actus sit vir-
tuosus per solam generationē prudentie: et nō
virtuosus per eius corruptionē remanēte semi-
per eodē actu in voluntate. **A**d primū istoū
tenendo istud principiū: q; effectus sufficiēter
depēdet ex suis causis essentialibus: ex quo se-
queretur q; nullū absolutū necessario requiri-
tur ad aliquē effectū nisi aliquo modo sit caus-
sa illius effectus: et per consequēs cum prude-
tia actualis necessario requiratur ad actū vir-
tuosum et aliquid prior: necessario sequitur
q; actus prudentie sit vera causa efficiens
essentialiter et necessario requisita ad actū vir-
tuosum: ita essentialiter sicut voluntas neces-
sario requiritur tanq; causa efficiens ad hoc q;
sit virtuosus vel meritorius: et cōsequēs sequi-
tur ultra q; suspensa activitate voluntatis vel
actus prudentie nullo mō dicitur talis actus
virtuosus. et ratio est: quia virtuosum et vicio-
sum sunt nomina cōnotatiua: et significat ipm
actū nō absolute: sed cōnotādo cū hoc actū
voluntatis et prudentie: et quādo deficit
aliquid cōnotatiū nō dicitur talis actus virtuo-
sus. Et si dicas q; talis actus per positū elici-
tur effectus a voluntate: formiter rationi re-
cre fī alias circumstantias requisitas: igitur
est virtuosus. Respondeo actū elici confor-
miter rationi recte: ē ipm elici fī rectā ratio-
nem regulantē et dictantē ralem actus esse eli-
ciendū: qd̄ quidē dictare sine regulare non est
aut q; speciali modo illum actum causare: si
cūt abī patet. Nūc autē posito casu predicto
prudentia nō causat illum actus: igitur nō res-
gulat illum: imo supposito q; deus faceret totū
qd̄ prudentia faceret si imperetur per deūz nō

Ad secundū

tunc plus facit prudentia ad actū virtuosum
q; si nulla prudentia inesset: quia nihil facit nē
si sicut vna statua. **A**d scōm potest dici vno
modo q; quādo deducitur ad hoc tanq; ad ins-
conueniens q; idem actus sit intrinsece virtu-
osus: et post non virtuosus intelligitur per nō
virtuosum viciosus: quia impossibile est q; idē
actus numero sit intrinsece virtuosus et post
intrinsece viciosus: qd̄ tamen sequeretur si cir-
cumstantie non essent obiecta actus virtuosus:
sicut patet in qualibet connexione virtutū: et
eodē modo si actus prudentie non esset obie-
cta nec causa essentialis actus virtuosus: sed so-
lum circūstāria sicut alij ponit aliquos actus
voluntatis esse intrinsece virtuosos per solam
generatiōem prudentie: posito casu predicto:
sed si post ratio erronea predicta dictaret illū
eundē actū nō esse continuandū: si tunc ille as-
cus cōtinuaref cōtra ratōem et cōtra consciē-
tiā: tūc ille actus nullo modo variatus esset
viciosus: quia peccatiū mortale eo q; cōserua-
tur cōtra cōsciētiā: s; sic nō est in instātā po-
sita: q; si deus suspēderet actōem voluntatis vel
prudentie vel vtrūsq;: tūc bene actus q; primo
fuit intrinsece virtuosus: post nō est virtuosus
negatiue: s; nō cōtrarie: q; nō est virtuosus nec
viciosus: posito illo casu. **A**liter pōt dīcī q; as-
cus intrinsece virtuosus nō pōt fieri nō virtuo-
sus negatiue: etiā p; naturā: q; si corrumptatur
actus prudentie necessario corrumpiet actū vir-
tuosus cuius prudentia erat directiva necessaria
re dico naturali pro eo q; talis actus prudentie
est causa efficiens et obiectū: vt actualiter inhe-
rens necessario requisita ad causandū actum
virtuosum et ad cōseruandū: et sic intelligit ins-
conueniens ad qd̄ deducitur de virtuoso et non
viciofo: tamē per potētāz dei absolutā potest
fieri cōtrariū sicut prius probatū est: quia de il-
la potētā nō intelligebatur illud dictū: sic igit
tur p̄z q; ad actū rectū voluntatis necessario req-
rit aliq; rō in intellectu: nō quidez aptitudina-
lis nec habitualis: s; actualis modo predicto.
Nūc ultra vidēdū si cū errore in aliqua ratio
ne recta respectu alicuius obiecti pōt stare as-
cus rectus in voluntate: vbi ponēde sunt ali-
que distinctiones: quia actus voluntatis rectū
potest esse respectu eiusdem obiecti: respectu
cuius est error: in intellectu vel respectu alteri
us obiecti: sīl error: qdā est invicibilis et ille est
culpabilis: vel est invicibilis et ille nō est cul-
pabilis: sīl actus voluntatis pōt esse cōformit
rationi erronee vel difformit et cōtra rōem er-
roneā. **I**stis suppositis dico p̄mo q; actū rectū
voluntatis moraliter et circa vnu obiectum po-
test stare cū errore i rōe circa aliud obiectū siue

Alia solutio

Rōsto ad q̄ones

Prima cōclusio

secunda conclusio

ille error sit vincibilis siue non. Exemplū. alius quis p̄t velle virtuose castitatem: et tamē errare circa fortitudinem. hoc p̄t p̄ experientiam et probatur supra: ideo transfo. Secundo dico quod acutus meitorius circa vnu obiectum nō stat in voluntate cum errore culpabili mortaliter circa aliud obiectum tamē stat cū errore inuincibili et cum errore culpabili venialiter. hoc patet primo quod tu ad primā partē: quia qn aliquis errat errore vincibili ppter quē peccat mortaliter omitendo vel committendo: pura qā fuit negligens ad inuestigandū id qd tenetur scire et vitare p̄ preceptū diuinū omittendo illam inuestigationem voluntarie propter pigričā vel alia causam consimilē quā posset vitare si vellet talis omittendo actū voluntatis cū debuit efficaciter imperasse intellectui inuestigare illud qd sibi est necessariū ad salutē peccat mortaliter peccato omissionis. et per h̄s ille error quo erat circa tale obiectum est vincibilis et culpabilis mortaliter nō quidem sic intelligēdo: quia actus istius erroris sit intrisece viciosus: quia solus actus voluntatis est intrinsece virtuosus vel viciosus sicut alibi patuit de cōnero: ne virtutē: sed est culpabilis et viciosus solum quadā denoiatione extrinseca ab actu voluntatis. Ponēdo quod peccatum omissionis nō potest esse sine peccato cōmissionis. tunc nolle tale obiectū inuestigare esset hoc peccatum cōmissionis vel aliquid velle repugnans huic inuestigationi et nō velle inuestigare esset peccatum omissionis: tunc actus erroris diceretur viciosus propter illud nolle vel velle aliquē actum cōsimile a quo potest denoziari. vel si peccatum omissionis nō presupponit peccatum cōmissionis: tunc diceretur ille error viciosus ppter auctū voluntatis quo omittitur inuestigare illud qd tenetur inuestigare sed quicqđ sit de hoc si talis omissionis sit peccatum mortale non stat eū caritate et per consequens stante tali errore non potest talis voluntas elicere actū meritorium circa qdcung⁹ obiectū: quod talis actio sine caritate nō potest elici. Similiter cōclusio predicta q̄tū ad scđam partem patet: quod error inuincibilis nō est culpabilis: quia nō est in potestate errantis. et per consequens nō impedit actum meritorium circa qdcung⁹ obiectū: quia nō corrumpit demeritorie caritatē. similiter error viciabilis et culpabilis venialiter qui generat ex hoc quod homo negligit inquirere aliquid qd debet scire: tamen omittendo solū peccat venialiter non impedit caritatem. et per consequens nec actus meritorium circa qdcung⁹ obiectum. Tertio dico quod actus rectus in voluntate stat cū errore inuincibili in intellectu eiusdem ob:

Tertia conclusio

fecti. hoc patet per exemplū. ponatur aliquis habens istam rationē vniuersalē rectam omni indigenti in extrema necessitate est benefaci endū ne pereat que ē evidēs ex noritia terminis nostris. occurrente igitur aliquo paupere qui appetit indigere in extrema necessitate si voluntas imperat intellectui ut inquirat si talis sic indiget: sicut appetit indigere facta inuestigatione per oēm viam possiblemente ponit si ex aliquo latente qd non est in potestate sua scire intellectus assentiat quod talis indiget sicut appetit indigere: licet non sic indiget sīm veritatem evidenter intellectus dictabit quod tali quod sic appetit indigere: licet non sic indiget est subueniendū tanq̄ existenti in extrema necessitate. hic igitur sīm istam conclusiōem errat intellectus: quia iudicat illum existere in extrema necessitate qui non sic indiget sī iudicat quod sibi est subueniendū: cui sīm veritatem non est sic subueniendū. et tamen voluntas volens efficaciter sic ei subuenire: habet actum rectum et virtuosum et meritorium si hoc velit pro amore dei. et per consequens actus rectus voluntatis: et error intellectus stat simul respectu eiusdem obiecti. et tota ratio est: quia ille error nō est in potestate errantis ex quo posuit diligentiam quā debuit ad sciendū veritatem. et per consequens ille error omne peccatum excusat. et ideo voluntas eliciens actum conformiter tali rationi erronee virtuose et meritorie agit: immo stante tali errore si nollet sibi bene facere baberet actum viciosum et demeritorium: quia talis actus eliceretur contra conscientiam et rationem non culpabilez. et hoc scienter: quia posito casu predicto nescit se errare: sed credit se babere rationem rectam. et per consequens contemnendo eam peccat mortaliter. similiter non volendo sibi efficaciter subuenire est peccatum omissionis: quia tenetur velle illud quod ratio non viciosa dicitat esse volendum. et per consequens omittendo illud peccat mortaliter: sed licet hic sit ratio particularis erras circa minorem et conclusiōem: tamē ratio vniuersalis est recta. ista scilicet quod omni indigenti in extrema necessitate est subueniendum. igitur et ceterum. et hec ratio recta concurrit cum ratione erronea immediate formaliter ad causandum illum actum voluntatis rectum. quod si non esset in intellectu talis ratio recta: nullo modo esset actus voluntatis virtuosus. et ideo qui non assentiret huic propositioni. omni indigenti in extrema necessitate et ceterum. vel dissentiret ppter aliquā deceptiōem: et tamē erraret circa conclusiōem mō predicto nullo modo potest elicere actū rectū voluntatis: sic aliquis fatuus forte

non assentiret huic ppositioni quis sit per se nota: ideo talis q̄ non habet usum rationis nō posset habere actū virtuosum respectu eiusdem obiecti. et tota ratio est: q̄ actus virtuosus necessario requirit aliquā rationē rectā sicut prius patet. Si dicas alius habēs habitū prudentie et habitū virtuosum potest elicere actū ad quē inclinat virtus nō eliciendo actum ad quē inclinat prudentia: q̄ potest aliqd. velle sī inclinatōem virtutis non assentiendo per intellectū q̄ illud est volendum. igitur pōt esse actus virtuosus cū solo habitu prudentie sine omni alio actu. Respondeo q̄ pōt dici q̄ casus nō est possibilis quia nihil est actualiter voluntū nisi actualiter apprehensum ab intellectu: et tunc apprehensione facta statim intellectus naturaliter assentit: et ita ad eliciendū actum sī inclinatōem habitus virtuosi necessario requiritur actus prudentie. Tū q̄ virtus inclinat ad actū solū circa illud obiectum circa qđ versatur. nūc autem vt probatū est supra de connectione actus prudentie actualiter existēs est obiectū actus virtuosi. et p̄ q̄ nō potest voluntas elicere actū aliquē mediante illa virtute: nisi existat actus prudentie tanq̄ obiectū illi: q̄ si illa virtus inclinaret ad aliquē actū q̄ nō terminaret ad totū illud obiectū circa qđ generatur: q̄ omittitur aliquē obiectū partiale sic ut prudentia: sequeretur q̄ ex illo actu nō augeat habitus virtuosus a quo clicitur: q̄ habitus augeat ex actibus elicitis circa idē obiectū oīno circa qđ primo generatur ille habitus: sed ille actus generarer illū habitū distinctus specie formaliter: q̄ ille actus habet aliud obiectū specie q̄ prius: q̄ obiectū illud partiale qđ nō est obiectū scđi actus elicit p̄ positū est alterius sp̄i ab obiecto scđi actus. sed hoc videtur satis absurdū q̄ alius habitus naturaliter inclinat immediate ad actū generatiū habitus distincte sp̄i sine omni alio habitu occurrente ad causandū illū actū. igit̄ et c. Tū q̄a superi⁹ est dictū q̄ nō tantū ad causandū actū virtuosum cocurrunt actus prudentie sicut causa partialis et effectiva: s̄ ad illū actū conseruādu naturaliter. et ratio est: q̄ causat ut existēs naturaliter actualiter obiectū istius actū quo nō existente nō pōt naturaliter causari nec conservari. igit̄ nec eodē modo pōt alius actus elicit a virtute generata nisi actus prudentie sit causa illius actus tanq̄ obiectum eius actus litter existens: q̄ nō videtur alia ratio q̄ cogat ponere q̄ actus prudentie sit causa primi actus virtuosī qđ p̄mo generat habitū q̄n eadē cogat q̄ sit causa actus scđi elicit ab habitu cū vter q̄ actus sit equē virtuosus et vterq̄ generetur

nichil p̄
minre le-
rū quin p̄
us sī m̄ se-
sum

licet ad generatōem scđi actus cōcurrat aliq̄ causa q̄ nō cōcurrebat ad ḡnatōem primi: puta habitus virtuosus ḡnatus ex actu primo et vterq̄ habet idē obiectū totale p̄ oīa: et iō casus predictus nō videtur possibilis. Alter pōt dici supponēdo casum esse possibilē q̄ si voluntas posset elicere actū mediāte virtute sine actu prudentie actualiter existēte i intellectu: q̄ talis actus nō est virtuosus p̄fecte sicut p̄us: q̄ deficit unū obiectū partiale et una circūstātia necessario req̄sita ad h̄ q̄ ille actus sit virtuosus: puta act⁹ prudentie s̄ p̄t elicere sic factus vel furiolus elicet aliquē actū median te virtute p̄us ḡnata i voluntate tali sine rectione: q̄ i illis nō est usus rōnis. si tñ sit h̄ possibile: q̄ credo firmit̄ q̄ in talib⁹ nō p̄t elici alius act⁹ intellect⁹ maxime iudicatiū: Iz forte in eis posset esse act⁹ apprehensiuus rectū in cōplexorū nō rectū cōplexorū: q̄ ad illū cōcurrit act⁹ voluntatis sicut alibi p̄z: et ita tales nō p̄nt bē aliquē actū voluntatis. et iō vterq̄ casus p̄dictus videtur simplē impossibilis. Quarto di co q̄ act⁹ rectus in voluntate nō stat cū errore viciibili et culpabili in intellectu eiusdem obiecti quis posset simlē stare respectu diversorū obiectorū sicut prius dñm est. hec p̄clusio p̄t: q̄ talis actus voluntatis: aut elicere p̄formiter rōni erronee aut disformiter. si p̄mo modo nō est actus virtuosus sine recte: q̄ ille error nō excusat aliquē actū sibi eliciti p̄formiter a p̄tō: s̄ agrauat mag: q̄ in p̄tē talis fuit nō errare tali errore ad quē sequit̄ voluntatē p̄formiter volenter errare. aliter nō esset error: culpabilis. Quia act⁹ erroris i se: nec est virtuosus nec viciosus nisi denotatōe extrinseca: s̄ solū ē viciosus respectu actus voluntatis ad quē inclinat. forte ita est. vñ pōt dici viciosus p̄pter aetū omissionis quo voluntas debuit imperasse intellectui iūstigare circūstātias necessarias ad illū actū virtuosū: itavt nō ḡnef talis error in intellectu et nō iperavit. et sic peccavit p̄tō omissionis omittēdo illū actū quē debuit elicere: et voluntas eliciens cōformiter actū illum illirōni erronee peccat: q̄ semper peccat voluntas p̄tō cōmissionis q̄n elicit aliquē actū ad cuius oppositū obligatur per preceptū diuinū vel ordinatōem diuinā vel alio mō obligatur ad oppositū et nunq̄ aliter peccat nūc autē voluntas obligatur ad eliciendū cōformiter rationē: etc. igit̄ eliciendo actū contra ratōē rectā: q̄ p̄formiter rōni erronee culpabili facit oppositum illū qđ tenetur facere et p̄sequens peccat in eliciendo rātem actum et nō recte agit: q̄ si recte ageret: nō tenebretur elicere actū oppositū. vnde licet nō teneatur

L
Quarta cōclusio

Voluntas elicere conformiter actū rōni recte q̄ op̄ponit rōni erronee inuincibili: quia talis erro: nō est in potestate boīs errantib: t̄ ideo excusat voluntatē q̄ non tenetur facere cōformiter rationi recte opposite: imo eliciēdo con formiter tali rationi erronee nō peccat: s̄ agit virtuose t̄ eliciendo actū contra illum errore peccat t̄ errat: l̄ inquā ita sit tamē voluntas tenet elicere cōformiter rationi recte que op̄ponitur rationi erronee vincibili t̄ culpabili t̄ hoc q̄ talis est in potestate errantib: q̄ pos tuit non errasse si voluisset. t̄ per p̄n̄s eliciēdo actum conformiter rationi erronee vincibili peccat: q̄ elicit actū quē non debet elicere: imo oppositū acr̄i tenetur elicere: q̄ ille error nō excusat eum: sed potius aggrauat: quia talis peccat duplīcē peccato: sc̄z cōmissionis eliciendo p̄formiter rationi erronee culpabili t̄ omissionis omittendo actū oppositū quē tenetur elicere: t̄ sic aggrauat error talis t̄ nō excusat. si autē voluntas eliciat actū difformiter rationi erronee culpabili: pura cōtra talez rationē peccat etiā duplīcē peccato cōmissionis eliciendo actū contra rationē quā credit esse verā: t̄ sic peccat faciendo contra conscientiaz p̄ contemptū illius qđ debet esse regula sua in agendo. etiā tenet se p̄formare dictamini t̄c. in operando siue sit rectū siue erroneū p̄ conse quēs p̄formando se omittit illū actū quē tenetur elicere: t̄ sic peccat p̄tō omissionis. si autē nullū actū eliciat nec cōformiter rationi erronee nec difformiter: s̄ oēm actū suspendit: tūc peccat duplīcē peccato omissionis omittēdo illum actū quē tenetur conformiter elicere rationi recte que op̄ponitur rationi erronee pre dicte t̄ omittendo actū quē tenetur conformiter elicere rationi erronee: q̄ aliter faciēdo cōtra illā rationē nō peccaret nisi tenetē cōformare se in operando dictamini erronee rationis: t̄ p̄ p̄n̄s talis necessario peccat t̄ est per plēxus t̄ siue voluntas operatur conformiter illi rationi siue difformiter siue nibil operetur semp̄ peccet vno mōvel alio modo. t̄ ideo sum mū remedium tali q̄ peccat est dimittere conscientiā t̄ ratiōnē illā erroneā qđ potest fieri per iuēstigatiōnē veritatis. Si dicas q̄ non videtur rationabile q̄ aliquis teneat agere con formiter rationi erronee vincibili: q̄ tenet ad eliciendū actū oppositū: pura ad eliciendū cōformiter rationi recte que op̄ponit rationi erronee predice: t̄ sic talis simul obligaretur ad eliciendū actus oppositos. Respondeo. licet superius dicat q̄ errans errore vincibili tenetur agere conformiter rationi erronee. tamen hoc nō est verū: q̄ agendo conformiter peccat

7 nullus obligatur ad peccandū: sed pro tam̄o peccar discordando cū ratione erronea: q̄a cōtēnit ratōem quā credit esse recrā: quia si re cta esset deberet esse regula sua t̄ agendo difformiter peccat. nō q̄ tenetur elicere actū oppositū: sc̄z rationi erronee conformare: sed q̄a tenet ad oppositū negatiue: hoc est tenet non elicere actū discordantē a ratione erronea ne contēnat. s̄i agendo cōformiter illi rationi dicitur semper peccare: quia tenetur elicere a ctū oppositū pura discordantē a tali ratione: quia eliciendo talē actum peccat. nec actū cōformem rationi recte opposite. quia hoc non oportet: sed quia tenetur non elicere actū con formiter tali rationi erronee. t̄ sic tenetur ad oppositū negatiue. t̄ sic intelligenda est illa p̄ positio generalis q̄ nullus peccat nisi qui tenetur ad oppositū ilius qđ facit. Sic igitur patet quomodo actus rectus in voluntate stat cum errore in ratione t̄ quomodo non t̄ respe ctiū cuius obiecti. t̄ de hoc quere prius questio ne de cōnectiōne virtutū. Sed hic sunt aliqua dubia. Prīmū est q̄ voluntas agens confor miter rationi erronee inuincibili non sit sim pliciter recta cuius oppositū prius dictum est quia illa voluntas est recta que in operando conformatur voluntati diuine tanq̄ sue regule: t̄ illa non est recta que discordat ab intelle ctiū diuino t̄ voluntate diuina in volēdo: s̄ vo luntas agens predicto modo discordat a iudi cio intellectus diuini t̄ voluntate diuina: quia deus iudicat q̄ illi qui fin̄ veritatem non indi get extrema necessitate non est subueniendū tanq̄ sit indigens t̄ voluntas creata vult q̄ ta li sic subueniat. ergo voluntas creato volēs sibi sic subuenire vult oppositū illius quod deus iudicat sic esse volendum t̄ qđ deus vult t̄ per consequens discordando a voluntate di uina peccabit. Scđm est. vtrū peccatū com missionis t̄ omissionis necessario concomitatur se: videtur q̄ sic quia aliquis nunq̄ peccat peccato cōmissionis: nisi quia facit aliquid qđ tenetur non facere vel eius oppositum facere igitur talis omittit illud ad qđ obligatur. t̄ p̄ consequens peccat peccato omissionis. Similiter ut videtur nunq̄ aliquis peccat peccato omissionis nisi nolendo actum: quem actum tenetur velle vel volendo actum contrarium illi actui quē tenetur velle sicut si teneat diligere deū super oīa die dñico t̄ toto illo die p̄l̄ diligat actus venereos q̄ deūm. hic peccat duplīcē peccato cōmissionis t̄ omissionis. Pr̄terea nullus peccat peccato omissionis ni si suspendendo actum quem tenetur elicere: sed tale suspendere est elicere actum. ergo t̄c.

Prīmū dubiū

Scđm dubius

Tertii dubium

Tertii dubium est de hoc quod dicitur quod voluntas tenet velle dictatum a ratione erronea errore immunita cibili esse volendum: quod tale dictatum est malum: ponam quod ita sit: nunc autem matutum sub ratione malum non est voluntum nec volibile: quod sicut oportet voluntum vel volibile est solus bonum existens vel apparatus solus: ita oportet nolitum et nolibile est malum ex his vel apparatus et per hanc nullum bonum est nolitum nec esse potest: nec aliquod malum est voluntum nec esse potest. Quartum dubium est de dictato a ratione erronea vincibili vel invincibili ratione recta vel non: non curio ad prius: quod tale dictatum siue apprehensionis talis dictati alius quam causat delectationem in appetitu sensitivo: ut prius de apprehensione alicuius obiecti pulchri et delectabilis aliquod apprehensionis illius dictati a ratione causat dolorum in appetitu sensitivo sicut aliquod imaginis mortis vel bellum mortale furor timet et doler in appetitu: nunc autem regulariter ita est per statu isto quod voluntas magis inclinatur ad volendum obiectum: cuius apprehensionis causat delectationem in appetitu sensitivo. et nolendum illud cuius apprehensionis causat dolorum in eodem appetitu. Tunc est dubium quod est cum istius inclinationis et quod est cum isto actum: sic disformiter elicitorum. non voluntas: quod ipsa est libera respectu cuiuscumque actus eliciti ab ea. et per hanc de se non potest determinari ad unum actum quod ad aliud: nec cognitionis intellectus: quod sicut ratione recta vel ratione potest dictere quod aliquod delectabile appetitum sensitivo est volendum ita potest dictere quod mors sit volenda et per hanc post dictam est cum univocitate utrobiusque: et tamen non obstante tali dictamine voluntas inclinatur ad actum oppositorum respectu istorum actuum quod ad volendum unum et nolendum aliud quod igitur est cum istius disformitatis. Quintum dubium est utrum aliquod habebet rationem erroneam potest statim errore scire se errare vel credere. videtur quod sic: quod non potest dimittere errorem. igitur et ceterum. Ad primum istorum dico quod non semper voluntas est recta quia conformatur voluntati divinae in obiecto volito: nam aliquod vult deus aliquid: et tamen vult creaturam non illud. Exempli deus ab eterno voluit mortem Christi: et tamen noluit iudeos velle mortem eius eo modo quo est mortuus ab eis. Sicut ponit Augustinus exemplum quod deus vult patrem meum mori: et tamen non vult me velle mortem patris mei. nunc autem quod volo aliquod quod deus vult me nolle: sed illud sit voluntum a deo in peccato maxime si sciatur deus me nolle illud. quia tamen scienter discordo a regula cuius me teneo: in actibus meis conformare. et per hanc peccato. Et ideo potest patere secundum illam viam quod ponit quod deus est cum immediata cuiuslibet actus nisi volendo illius actum esse quod nos in actu aliquo peccamus: sed vellet actum illius esse immediate ab eo partialiter concurrente voluntate: quod igitur voluntas creata vellet il-

lud quod deus vult: quod deus vult illius actum esse alter non fieret: tamen non peccat: sed voluntas nostra peccat: quod voluntas divina non tenet velle oppositum eo quod ad nihil obligatur: sed voluntas creata tenet velle oppositum: quod tenet velle quod deus vult ea vellet. nunc autem quod deus velit actum potest esse: tamen deus vult voluntatem creatam non illius actum potest vellet: et per hanc voluntas creata volendo illius actum quem deus peccat: quod obligatur ad oppositionem: nec etiam deus vult istum actum esse absolute sed tamen voluntate proprie sue actionata: quod deus vult illius actum esse si creatura vult: sed vult creature non velle illius actum si placet sibi. sic igitur prius quod voluntas non semper tenet se conformare voluntati divine in volito: immo frequenter conformando se illi voluntati in volito peccabit propter causam dictam: sed tenet se conformare voluntati divine in circumspecta obiecti volunti: puta quod tenet velle quod deus vult eavelle. Ad ista est opinio Job. quod ubi queritur ista questione. Ad propositum dico quod quis intellectus divinus dicitur quod tali non sit subveniens modum predictum et voluntas dei nolit quod sic ei subueniat. tamen voluntas creata sequitur rationem erroneam ratione invincibili est voluntas recta: quod voluntas divina vult ea sequi rationem non culpabiliter. et sic faciendo contra illam rationem peccat: quod obligatur ad oppositionem. Et si dicas quod voluntas divina non vult sibi sic subuenire: immo respectu huiusmodi actum nolendi. igitur voluntas volendo sibi subuenire peccat: quod vult illud quod deus vult eum non nolle. sedne si sciret quod deus nollet eum velle subuenire: tunc ipse vellet illius actum peccare nunc autem per casum errat tamen quod credit deum se velle illius actum quem deus vult eum non nolle: sedne ille excusat igitur et ceterum. Ad aliud dico quod per ipsum commissionis auctoritatem omissionis est oī separabile: ita quod potest in divinitate potest fieri sine alio: et econverso. Autem per ipsum commissionis potest esse sine peccato commissionis. prius quod ponam quod aliquis tenetur deum diligere die dominica non habito impedimentoum talis seqstratus ab oī impedimentoum potest non diligere deum toto illo die manifestum est: quod si necessitatibus ad diligendū deum toto illo die: tunc non mereretur in diligendo. potest igitur deum non diligere et per hanc peccare per ipsum commissionis talis sic peccans necessario peccabit per ipsum commissionis potest. quod de illo actu voluntatis quo peccat peccato commissionis siue sit actus nolendi diligere deum sine sit actus contrarius dilectionis deum: aut est in potestate voluntatis sic quod voluntas stante per ipsum commissionis potest sed etiam actum commissionis elicere et non elicere vel non potest non elicere: sed statim et necessario elicere stante primo per ipsum. si primo modo igitur potest voluntas illius actus non elicere: et per hanc potest non peccare per ipsum com-

Quartum dubium.

Quintum dubium

Ad primum dubium

Ad secundum

missionis: et dimittendo actum diligendi deum peccat peccato omissionis. igitur potest peccare peccato omissionis non peccando peccato commissio- nis. Si detur secundum. igitur eliciendo illum actum non peccabit. quia nullus peccabit in eo quod vitare non potest. Nam peccatum adeo est voluntarii quod si non sit voluntarii non est peccatum secundum Augustinum. Si igitur ille actus non sit in potestate voluntatis modo predicto: sed necessario voluntas eliciat illum actum. voluntas in eliciendo illum actum non peccabit. et per consequens siue sit in potestate voluntatis siue non: potest peccare peccato commissio- nis: non peccando peccato commissio- nis.

Si dicas quod ille actus commissio- nis absolute est in potestate voluntatis: in supposito illo antecedente quod peccat peccato commissio- nis. tunc non est in potestate voluntatis: cum hoc non stat quod peccet illo actu: sicut ebrius occidens hominem in ebrietate facit actu qui non est in potestate sua. quia pro rati- one non habet usum rationis: et tam tunc peccat permissio- nis est homicidii. eodem modo est in proposito.

Respondeo. si talis non haberet usum rationis nec actu voluntatis: tunc nullo modo peccet faciendo illud homicidium non plus quam si non faceret et tamen talis meretur duplicez increpatione apud homines qui habent indicare de malefactis manifestis et non de occultis. et hoc ne euerat res publica: sed coram deo non meretur aliquam increpationem: nisi pro primo actu quo voluntarie se inebriavit. hoc clarum est. tenetudo illa opinio: neque solus actus voluntatis est virtuosus vel vi- ciolus et non actus exterior. sic igitur prout per peccatum omissionis potest esse sine peccato commissio- nis. Similiter peccatum commissio- nis potest esse si ne peccato omissionis. Et sit distinctum peccatum patet. Nam aliquis obligatur ad non eliciendum actu contrarium actui aliquius precepti pro aliquo tempore: per quod tamen non obligatur ad eliciendum affirmationem et positivum illius precepti. Exempli. aliquis obligatur ad non odiendum deum: quoniam non tenetur positiue diligere deum talis igitur potest odire deum. et per consequens peccare peccato commissio- nis: et tamen ille non necessario peccat peccato omissionis. quia si sic. hoc non esset nisi omittendo actu dilectionis oppositum actu odi. sed omittendo hanc dilectionem non peccat quia regularetur: sicut nullus peccat peccato commissio- nis nisi eliciendo actu quem tenetur non elicere. ita nullus peccat peccato omissionis nisi nisi omittendo actu quem tenet elicere. tunc autem per positum quod elicit actu odiendi non tenetur deum pro rati- one diligere. igitur et ceterum. Nec obligatur pro rati- one ad actu affirmatum aliquius precepti: saltem hoc est possibile. igitur potest aliquis peccare peccato commissio- nis: non peccando pec-

cato omissionis. Si loquimur de peccato omissionis: quod est distinctus peccatum a peccato commissio- nis sic semper qui peccat peccato commis- sionis peccat etiam peccato omissionis. quia quis cunctus peccat peccato commissio- nis non omittit actu quem tenetur omittere. et per dominum non omittit illud actu peccatum peccato omissionis. sed aliter capitur in precedentibus casibus. et hoc quia in illis dicitur peccatum omissionis: quoniam alius omittit actu quem tenetur elicere. hic autem quia non omittit actu quem tenetur omittere. et ita in primo casu est peccatum omissionis. proprie- tate in secundo est peccatum non omissionis. Et autem quoniam aliquis peccat peccato commissio- nis: non peccat peccato omissionis: tanquam distincto peccato. probatur sicut conclusio precedens de separabi- litate omissionis a commissione. quia autem est in potestate omittentis omittere illum actu: aut non. si sic. igitur per illud peccatum omittere libere vel non omittere: sicut prout per dominum non omittere. et per dominum non peccare peccato omissionis quod est proprium. quia sicut arguitur de uno ita de quolibet si non est in potestate eius non omittere illum actu. igitur necessario omittit illum. igitur non peccat. probatur sicut conclusio precedens. ideo dicimus quod unus peccatum potest separari ab alio et econtra. Ad rationem pro illo dubio dico ad primam quoniam non est peccatum omissionis: nisi quandoque quod facit quod tenetur non facere vel tenetur elicere actu oppositum et ceterum. et ideo concedo quod talis semper omittit illud ad quod obligatur. sed non semper omittit distinctum actu ab actu ad quem elicitur: dum pro rati- one obligatur. quia non semper obligatur ad talum actu: sed omittit istum actu commissio- nis quem tenetur non committere. quia istum actu tenetur non elicere. et ideo talis omissionis semper sequitur peccatum commissio- nis: sed istud non est peccatum distinctum a commissione. Si dicas quod omissionis semper necessario sequitur peccatum commissio- nis: quia talis omissionis non est semper peccatum secundum principia tua. Respondeo. verum est quod non est peccatum distinctum a commissione. et dico quod libere omittit sicut libere committit. quia utrumque tam omissionis quam commissio est in potestate voluntatis. licet unum necessario inferat aliud sicut antecedens infert consequens. sed sic non est de peccato omissionis distincto. quia illud est immediate in potestate voluntatis: etiam quocunque peccato commissio- nis posito: et aliter non est peccatum distinctum: sicut probatur argumentum. Ad aliud nego assumptum. quia sicut prius fatus efficaciter probatur est aliquis potest peccare per omisionem: nullum actu penitus eliciendo: saltem nullum actu peccari: nec velle contrarium actu illi quem tenet elicere: nec nolle illum actu quem tenet elicere. quia potest de tali

Libri

S
Ad tertium dubium

materia non cogitare: et per consequens nec vel le nec nolle. et ideo assumptum est falsum simpli citer. Per idem ad tertium dico quod suspendere ac etiū non est semper actus positivus. bene enīz aliquis actus suspenditur quando actus contra rius elicitur: sed aliquando potest actus suspen di et nullus aliud elici. et hoc est proprie suspen dere actū non elicere actum. Ad tertium dico quod bonū accipitur dupliciter. uno modo ut dis uideatur in bonū honestū et delectabile. alio mo do bonū idem est quod volitum: vel accipitur pro omni illo quod est volibile. Et eodem modo malum accipitur dupliciter ut opponitur bono primo modo dicto vel ut accipitur pro aliquo quod est nolibile vel nolitus. Accipiendo bonū primo modo et malū put opponitur bono. primo mō sic dico quod voluntas potest velle malū quod nec est bonū realiter nec apparēter. et potest nolle bonū quod nec est malū realiter nec apparēter. Prima pars istius conclusionis patet: quia alius sequeretur quod nec potest mereri nec demereri committēdo circa quodcumque obiectū malum realiter et dictatū a recta ratione esse tale. quod probo: quia accipio aliquod tale obiectū peccati mortalis: puta colere deos alienos malum est Ponamus igitur quod intellectus dicit hoc esse malū: quia tunc est malū realiter et apparēter. quia hoc solum voco realiter apparēter bonū vel malū quod iudicatur ab intellectu bonū vel malū. et si iudicetur ab intellectu recto non erante esse tale: tunc non solum est apparēter bonū vel malum: sed realiter. quia sic dicitur intellectus esse sicut est in re. si autem iudicetur ab intellectu errante: tunc est solum bonū vel malū apparēter et non realiter hoc supposito. quero tunc utrum voluntas potest velle hoc malū cole re deos alienos dictatū tale esse ab intellectu vel non. si sic habetur propositum quod voluntas potest velle malū: quod est malū realiter et apparēter et nullo modo bonū primo modo acceptum si non potest velle hoc malū sic dictatum. igitur voluntas nūquod potest peccare circa illud obiectū peccato commissione: quia non peccaret talis peccato nisi volēdo oppositū illius quod dicitur recta ratio circa predictū obiectū: quia in nolēdo illud quod est dictatū a recta ratione esse nolēdum non peccat: immo magis meretur. igitur si voluntas potest peccare peccato commissione circa illud obiectū: hoc est volēdo illud quod est dictatū a recta ratio esse malū. Si igitur non potest velle tale malū sic dictatum: non potest peccare peccato commissione: immo autem ap paret verū h̄ leges dei cōiter ordinatas quod vo luntas viatoris non potest mereri circa aliquod nisi circa illud possit demereri committēdo: licet

Tertij

enī christus et beata virgo potuerū mereri circa mala obiecta et nullo modo demereri. hoc fuit in eis ex speciali dispensatiōe diuina. sed de aliis videtur propositio assumpta generali ter vera. Si enī voluntas non potest velle predictū obiectū: non potest demereri. et per consequens non potest mereri in nolēdo illud malū sic dictatum. et per consequens auferatur omnis ratio merendi et demerendi circa talia obiecta: quod est erroneum dicere. Si dicas quod potest mereri eliciēdo actū volēdi circa illud obiectū quia actus volendi est in p̄tate sua. sic videlicet quod potest libere cessare ab illo actu et libere elicere. licet non possit elicere aliū actū. hoc non valet. quia licet istud sit solum verū de aliquibus: puta de xp̄o et beata virgine quando fuerū viatores. hoc tamē fuit ex speciali preservatiōe et ordinatione diuina qua voluit non cōcurrere cū volitionib⁹ eoz ad eliciendū actū peccati. igitur ubi non est tale speciale privilegiū: ibi dicitur generaliter esse verū. quod si voluntas potest mereri circa aliquod obiectū: potest demereri committēdo circa illud obiectū. et per consequens in alia voluntate a voluntate xp̄i et beate virginis non habet ista ratio locū. Peridē mediū per omnia potest probari secunda pars conclusionis predictae. scilicet quod voluntas potest nolle bonū primo modo acceptū: quod non habet rationē mali: nec realiter nec apparēter. puta quia realiter est. et sic dicitur ab intellectu et est mediū. quia voluntas circa quodcumque obiectū potest mereri eliciēdo actū: et potest demereri committēdo. et per consequens si potest mereri eliciēdo actū volēdi circa tale obiectū bonū potest demereri eliciēdo actū nolēdi circa idem bonū nisi sit impedimentū speciale: sicut supra dictū est. vel auferatur oīno ratio merendi et demerendi circa omne obiectū: quod est absurdū dicere. sic igitur patet predicta conclusio. Sed dico quod accipie do bonū et malū secundū modo. sic voluntas non potest velle aliquid nisi bonū: nec nolle aliquid nisi malū vel sub ratione mali. hoc patet. quia sic accipie do bonū idem est quod volitus vel volibile. malū idem est quod nolitus siue nolibile. tunc autem videtur contradicere quod voluntas velit aliud nisi sit volitus et volibile. igitur et ceterum. Et sic possunt glosari auctoritates et dicta sanctorum: qui dicunt quod voluntas non potest velle aliquid nisi sit bonū realiter: vel sub ratione boni apparēter similiter non potest nolle aliquid nisi sit malū et sub ratione mali. Ad quartum dubium dico. quod difficile est dare causam quare voluntas plus inclinatur ad nolēdū illud obiectum quod causat dolorem in appetitu sensitivo. quia nec cognitio dictativa potest esse causa illius inclinatiois. quia cognitio dictativa potest esse eque

Ad quā dubium

